


A
346
VIII.

A3 D3 B4 C4 A4 D4 B5 A5 B6 A6



Msc. Dresd.
Dc 172

D3 B4 C4 A4

A6 B6 A5 B5 D4 A4 C4 B4 D3 A3

A4 C4 B4 D3

…tzung …hen?, …abge- …nz od. …en?)	Zweck der Benutzung (ist Veröffentlichung beabsichtigt und in welcher Form?)

Iustini
Historiarum
Libri XLIV.

Ms. 516. e

Codex F. 188.

Inhalt: enthält zwei Schriften des Leonhardus Brunus Aretinus, nämlich:

I. Bl. 1. – 78. rerum suo tempore (1378. – 1440.) in Italia gestarum commentarium.

Das erste Blatt fehlt, so dass die Handschrift mit Cornelia und der ersten 6. Worte des Textes selbst anfangt. Gedruckt ist dasselbe (in tomo XIX. der Muratorischen scriptor. rerum italicarum.

II. Bl. 48 – 95. rerum gregarum ad equitem Angelum aczarolum

Ms. 516. e

commentarium.

Auf diese Epistel ist gedruckt
s. l. Epistae 1546.

Johannes Aretinus in den Bücher
dieses zweiten Buchs observirt
Er gegeben wird und was
am Epistel dasselbe sonst das
wort „orator“ bedeuten solle,
wäre noch zu erklären.

VM MVLTI EX ROMANIS
etiam consulariſ dignitatiſ uiri
reſ romanaſ greco peregrinoq;
ſermone in historiam contu-
liſſent ſiue emulatione glorie,
ſiue uarietate & nouitate ope-
ris delectatuſ uir priſce eloq̃n-
tie Troguſ Pompeiuſ grecaſ &
totiuſ orbiſ historiaſ latino
ſermone compoſuit / ut cum noſtra grece greca quoq;
noſtra lingua legi poſſent / prorſuſ rem magn & animu
& corporiſ aggreſſuſ - Nam cum pleriſq; auctoribuſ ſin-
gulorum regum uel populorum reſ geſtaſ ſcribentibuſ
opuſ ſuum arduu laboriſ indeatur / non ne nobiſ Pompei'
herculea audacia orbem terrarum aggreſſuſ uideri de-
bet / cuiuſ libriſ omnium ſeculorum / regum / nationũ
populorumq; reſ geſte continentur / & que hiſtorici
grecorum prout commodam cuiq; fuit inter ſe gre-
gatim occupauerunt omiſſiſ quoq; que ſine fructu
erant / ea omnia Pompeiuſ diuiſa temporibuſ & ſerie
rerum digeſta compoſuit - horum igitur quattuor
& quadraginta uoluminum / nam totidem edidit /
per ocium / quo in urbe uerſabamur / cognitione queq;
digniſſima excerpſi / & omiſſiſ hiſ / que nec cognoſce-
di uoluptate iocunda erant / nec ad exemplum erant

Ex Sectione Woogiana Hear. Jonath. Clodius
Dresdæ redemit.

necessaria breue uelut florum corpusculum fecit ut
haberent & qui grece didicissent quo admonerentur
& qui non didicissent quo instruerentur: quod ad
te non cognoscendi magis q̃ emendandi causa trans-
mitto. simul ut oculi mei cui uis cato reddendam ratio-
nem putat: apud te rationes constarent. Sufficit mi-
chi un tempore iudicium tuum: cum apud posteros
obtrectationis inuidia decesserit: industrie testimo-
nium habituro.

Principio rerum gentium nationumq; im-
perium penes reges erat: quos ad fastigii
huius maiestatis non ambitio popularis: sed
spectata inter bonos moderatio prouehebat:
populus nullis legibus tenebatur: arbitria principum
pro legibus erant: fines imperii tueri magis q̃ proferre
mos erat. Intra suam cuiq; patriam regna finiebantur.
Primus omnium Ninus rex assiriorum ueterem &
quasi antiquum gentium morem noua imperii cupidita-
te mutauit. Hic primus intulit bella finitimis &
rudes adhuc ad resistendum populos: terminos usq;
libie perdomuit: Fuere quidem temporibus anti-
quiores uexosis egyptus scythie eresthenes: quo-
rum alter in pontum: alter usq; egyptum excessit:
sed longinqua non finitima gerebant bella: nec im-
perium sibi: sed populis suis gloriam querebant con-
tentique uictoria imperio abstinebant. Ninus magni-
tudinem quesite dominationis continua possessione
firmauit. Domitis igitur proximis: quo accessione

urrum fortior ad alios transire / & proxima queq
uictoria instrumentum sequentis esset / totius ore
tis populos subegit. Postremum bellum illi fuit cum
zorobasta rege bactrianorum / qui primus dicitur
artes magicas inuenisse / & rerum principia siderumq
motus diligentissime speculasse. hoc occiso & ipse
decessit / relicto adhuc impubere filio Nino / & uxo
re Semiramide. Hec neq; immaturo puero ausa tra
dere imperium / nec ipsa palam tractare / tot ac tantis
gentibus uxor parentibus unq; / ne dum femine patum
ris simulat se pro uxore Nini filium / pro femina
puerum / nam & statura utriq; mediocris / & uox
pariter gracilis & lineamentorum qualitas matri ac
filio similis. Tegitur brachia & crura uelamentis capet
tiara tegit / & ne nouo habitu aliquid occultare u
deretur eodem ornatu & crispulum nesum iubet /
quem morem uestis exinde gens uniuersa tenet / sic
primis initiis sexum mentita puer esse credita est.
Magnas dein de res gessit / quarum amplitudine ubi
inuidiam superatam putat / que sit fateturq; quue
causa simulasset. Nec hoc illi dignitatem regni ade
mit / sed admirationem auxit / quod mulier non fe
minas modo uirtute / sed etiam uiros anteiret. Hec
babylonam condidit / mirisq; urbi coctо latere
circumdedit / harene uice bitumine interstrato /
que materia in illis locis passim e terra exestuat. Mul
ta & alia preclara eius regne fuere / siquidem non
contenta acquisitos a uiris regni terminos tueri ethio
piam quoq; imperio adiecit / sed & indis bellum

intulit: quo preter illam & Alexandrum magnum
nemo intrauit: ad postremum cum concubitum filii
petisset ab eodem interfecta est duos & quadraginta
annos post Ninum regno potita. Filius eius Ninus con-
tentus elaborato a parentibus imperio: belli studia
deposuit: & uelut sexum cum matre mutasset: raro
a uiris usus in feminarum turba consenuit. Posteri
quoq; eius id exemplum secuti responsa gentibus per
internuntios dabant. Imperium assirii qui postea siri
dicti sunt mille trecentis annis tenuere. Postremus
apud eos regnauit Sardanapalus uir muliere corru-
ptior. Ad hunc uidendum quod nemini ante eum
permissum fuerat: prefectus ipsius medis preposi-
nomine Arbatus cum admitti magna ambitione
egre obtinuisset: & inuenit eum inter scortorum
greges purpuram colo nentem & muliebri habitu cū
non mollitia corporis & oculorum lascina omnes fe-
minas anteire pensa inter uirgines partientem qb;
uisis indignatus tali femine tantum uirorum subiec-
tum tractanti q; lanam ferrum & arma habentes pa-
rere progressus ad socios quid uiderit refert & negat
se parere ei posse qui se femmam malit esse q̄ uirū.
fit igitur conuiuatio bellum Sardanapallo infertur
quo ille audito non ut uir regnum defensurus: sed
ut metu mortis mulieres solent primo latebras circū
spicit: mox deinde cum paucis & incompositis in bel-
lum progreditur uictus in regiam se recepit: ubi ex-
tructa ingenti pyra & se & diuitias suas in incendiū
mittit hoc solo imitatus uirum. Post hunc rex cō-

stituitur interfector eius Arbacus qui prefectus me-
dorum fuerat. Is imperium ab assiriis ad medos trans-
fert: post multos deinde reges per ordinem succes-
sionis regnum ad Astiagem descendit. Hic per somnū
uidit ex naturalibus filie quam unicam habebat: uite
ematam: cuius palmite omnis asia obumbraretur con-
sulti arioli ex eadem filia nepotem ei futurum: cuius
magnitudo prenuntietur: regnuq, ei amssionem por-
tendi responderunt. hoc responso exterritus neq;
claro uiro: neq; cum filiam suam: ne paterna mater-
naq; nobilitas nepoti animos extolleret: sed excēte
obscura tunc temporis persarum cambis: mediocri
uiro in matrimonium tradidit: ac nec sic quidem
somnii metu deposito grauidam ad se filiam accersit
ut sub aui potissimum oculis partus necaretur. Natus
infans datur occidendus Arpago regis amico & ar-
chanorum participi. Is ueritus si ad filiam mortuo
rege uenisset imperium: quia nullum astages
uirilis sexus genuerat: ne illa necati infantis ultio-
nem quoniam a patre non potuisset: a ministro exi-
geret: pastori regis pecoris puerum exponendum
tradit: forte eodem tempore & ipsi pastori natus
filius erat. Eius igitur uxor audita regii infantis
expositione iam facta: summis precibus rogat sibi
proferri: ostendiq; puerum. Cuius precibus fati-
gatus pastor reuersus in siluam: inuenit iuxta in-
fantem canem feminam paruulo ubera prebentē:
& a feris alitibusq; defendentem: motus & ipse mise-
ricordia: qua motam etiam canem uiderat: puerū

defert ad stabula eadem cane anxie prosequente
quem ubi mulier in manum accepit nec ita ad nota
alluſit / tantuſq; in illo ingor & dulcis quidam blan-
dientis infantis riſus apparuit / ut paſtorem ultro ro-
garet uxor ſua / ut ſuum pro illo exponeret / per-
mutéretq; ſibi ſiue fortune ipſius ſiue ſpei ſue puerū
enutrire / atq; ita permutata ſorte parnulorum hic
pro filio paſtoris educatur / ille pro nepote regis ex-
ponitur / nutrici poſtea nomen ſpacoſ fuit / quia
canem perſe ſic uocant / puer deinde cum imperio
uſus inter paſtoreſ eſſet cyri nomen accepit / mox
rex inter ludenteſ ſorte delectus cum per laſciuiam
contumaceſ flagelluſ cecidiſſet a parentibus puero-
rum querela Aſtiagi regi delata indignantibus a
ſeruo regio ingenuoſ homineſ ſeruilibus uerberibus
affectoſ / ille accerſito puero & interrogato cum
nichil mutato multu feciſſe ſe regi reſpondiſſet ad-
miratuſ conſtantiam in memoriam ſomnii reſpōſiq;
reuocatur / Atq; ita cum & multus & ſimilitudo &
expoſitionis tempora & paſtoris confeſſio conue-
nirent / nepotem agnouit / & quoniam defunctus
ſibi ſomnio uideretur agitato inter paſtoreſ regno
animum minacem duntaxat in illo fregit / ceterū
Arpago amico ſuo infeſtus in ultionem ſeruati nepo-
tis filium eius interfecit / epulandumq; patri tradi-
dit / Sed Arpagus ad preſens tempus diſſimulato
dolore odium regis in mundicie occaſionem diſtulit
Interiecto deinde tempore cum adoleuiſſet cyrus
dolore orbitatis admonitus ſcribit ei ut ablegatus

ab auo in persas fuerit : ut occidi eum parnulum annis
iusserit : ut beneficio suo seruatus sit ut regem offen-
derit : ut filium amiserit hortatur exercitum paret
& pronam ad regnum uiam ingrediatur medio-
rum transitionem pollicitus. Epistola qua palam
ferri nequibat regis custodibus omnes aditus obsi-
dentibus excentrato lepori inseritur. Lepus que
in persas cyro ferendus fido seruo traditur addi-
ta retia ut sub specie uenationis uenatoris dolus la-
teret. Lectis ille epistolis eadem somnio aggredi
iussus sed premonitus est : ut quem primum poste-
ro die obuium habuisset socium ceptis assummie-
ret. Igitur ante lucano tempore ruri iter ingressus
obuium habuit seruum de ergastulo cuiusdam me-
di nomine Sybaren. huius requisita origine ut
in persis genitum audiuit detractis compedibus as-
sumptoq; comite persepolim regreditur. Ibi conuo-
cato populo iubet omnes e presto cum securibus ades-
se : siluamq; circumdatam excidere : quod cum stre-
nue fecissent : eosdem postera die apparatis epulis
inuitat : dein cum alacriores ipso conuiuio factos
uideret : rogat si conditio ponatur : utrius uite sorte
legant : hesterni ne laboris an presentium epularū
presentium ut acclamauere omnes aut hesterno si-
milem labori omnem uitam acturos quoad medis
pareant : si securi sint hodiernis epulis. Letis omnib;
bellum medis infert, Asthages meriti sui in Arpago
oblitus summam belli eidem committit : qui exer-
citum acceptum statim cyro per dedicionem tradidit.

regisq; crudelitatem perfidia defectionis ulciscitur:
Quod ubi Astages audiuit contractis undiq; auxiliis
ipse in persas proficiscitur. & repetito alacrius certa-
mine pugnantibus suis partem exercitus de tergo po-
nit. & terga uersantes ferro agi in hostes iubet. ac
demiratos suis ni uincerent, non minus fortes post
terga inuenturos q̄ a frontibus uiros: proinde uideāt
fugientibus hec an illa pugnantibus acies rumpēda
sit. Ingens post necessitatem pugnandi animus exer-
citui eius accessit. pulsa itaq; persarum acies cum pau-
latim cederet. matres & uxores eorum obuiam oc-
currunt. orant in prelium reuertantur. cunctantibus
sublata uestē obscena corporis ostendunt. rogantes
num in uteros matrum uel uxorum uellent refugere.
Hac repressi castigatione in prelium redeunt. &
facta impressione quos fugiebant fugere compellūt.
in eo prelio Astages capitur. cui cyrus nichil aliud
q̄ regnum abstulit. nepotemq; in illo magis q̄ uictorē
egit. eumq; maxime genti hircanorum prepositum
nam in medos reuerti ipse noluit. hic finis imperii
medorum fuit. regnauerunt annis. ccc.l. Initio reg̃
cyrus sebarem ceptorum socium, quem iuxta noctur-
num usum ergastulo liberauerat. comitemq; in om-
nibus rebus habuerat. persis prepositum. sororemq; suā
ei in matrimonium dedit. Sed ciuitates que medo-
rum tributarie fuerant. mutato imperio etiam
conditionem suam mutatam arbitrantes a cyro dese-
cerunt. que res multorum bellorum cyro causa &
origo fuit. Domitis igitur pleriscq; cum aduersus

babiloniosſ bellum gereret / babilonijſ rex lydorū
Creſuſ / cuius opeſ diuitieq; ea tempeſtate inſigneſ
erant in auxilium uenit / uictuſq; iam de ſe ſollicit⁹
in regnum refugit. Cyruſ quoq; poſt uictoriam com-
poſitiſ in babiloniā rebuſ bellum transfert in lydiā
Ibi fortuna prioriſ prelii perculſum iam creſi exerci-
tum nullo negocio fundit / creſuſ ipſe capitur / ſed
quanto bellum grauioriſ periculi / tanto & mitior uicto-
ria fuit. Creſo & uita & patrimonii parteſ & urbiſ
arazon eſt conceſſa / in qua & ſi non regiam uitam
proximam / tamen maieſtati regie degeret. Hec
clementia non minuſ uictori quieto utiliſ fuit. q̄ppe
ex cunctaſ grecia cognito / quod illatum creſo bellū
eſſet / multa milia uelut ad commune extinguendū
incendium confluebant / tantuſ creſi amor apud om-
neſ urbeſ erat / paſſuruſq; cyruſ grauiſ bellum grecie
fuit / ſiquid in creſo crudeliuſ conſuliſſet. Interiec-
to deinde tempore occupato maliiſ belliſ cyro / lidii
rebellauere / quibuſ iterum uictiſ arma & equi adēpti
uiliq; cauponaſ & ludicraſ arteſ & lenocinia exercē
ac ſi genſ induſtrie quondam potenſ & manu ſtrenua
effeminata mollitie luxuriaq; uirtutem priſtinam
perdidit / & quoſ ante cyrum inuictoſ bella preſti-
terant in luxuriam lapſoſ ocium ac deſidia ſuperauit.
Fuere lydiiſ multi ante creſum regeſ uariiſ caſibuſ
memorabileſ / nullius tamen fortune candauli com-
paranduſ. Hic uxorem qua propter forme pul-
chritudinem deperibat / predicare omnibuſ ſole-
bat / non contentuſ uoluptatum ſuarum tacita

conscienna: nisi etiam matrimonii reticenda
publicaret: prorsus quasi silentium dammum
pulchritudinis esset: ad postremum ut affirma
tioni fidem faceret nudam eam socialis suo gygi
ostendit: quo facto & amicum in adulterium
uxoris sollicitatum hostem sibi fecit: & uxorem
ueluti tradito alii amore a se alienauit: namq; bre
ui post tempore cedes candaulo nuptiarum pre
mium fuit: & uxor mariti sanguine dotata: re
gnum uiri & se pariter adultero tradit. Cyrus
subacta asia & in uniuerso oriente in potestatem re
dacto / scythis bellum infert. Erat illo tempore re
gina scytharum thamaris / que non erat mulie
briter aduentu hostium territa cum prohibere
eos transitu axis flumnis posset: transire permi
sit / & sibi faciliorem pugnam intra regni sui ter
minos rata / & hostibus obiecti flumnis fugam
difficiliorem. Itaq; cyrus traiectis copiis cum ali
quantisper in scythiam processisset / castramentatus
est / dein postera die simulato metu / quasi refugies
castra / deseruit / sed ita uinum affatim & ea / que
epulis erant necessaria / reliquit. Quod cum hoc
regnum inuniatum esset / adolescentulum filium
ad insequendum eum cum tertia parte copiarum
misit: cum uentum ad cyri castra esset / ignarus
rei militaris adolescens ueluti ad epulas non ad pre
lium uenisset omissis hostibus insuetos barbaros +
uino se q; onerare patitur / prius q; scite ebrietate
q; bello uincuntur. Hiis cognitis hic cyrus reuersus

per noctem sanciosʒ opprimit: omnesq; scithas cum
regine filio interfecit. Amisso tanto exercitu &
quod grauius dolendum unico filio thamaris orbita-
tis dolorem non in lachrimas effundit: sed in ultionis
solatia intendit: hostesq; recenti victoria exultantes
pari insidiarum fraude circumuenit. Quippe simu-
lata diffidentia propter uulnus acceptum refugiens
cyrum ad angustias usq; perduxit: ibi compositis in
montibus insidiis ducenta milia persarum cum ipso
rege trucidauit: in qua victoria etiam illud memora-
bile fuit: quod ne nuntius quidem tante cladis super-
fuerit. Caput cyri amputatum in utrem humano
sanguine repletum conici regina iubet cum hac ex-
probratione crudelitatis. Satia te inquit sanguine
quem sitisti: cuius q; insatiabilis semper fuisti. cyrus
regnauit annos triginta: non initio tantum regni: sed
continuo totius temporis successu admirabilis fuit.
huic successit filius cambyses: qui imperio patris egi-
ptum adiecit: sed offensus superstitionibus egiptio-
rum apis ceterorumq; deorum edes diruit iubet: ad
ammonis quoq; nobilissimum templum expugnan-
dum exercitum mittit: qui tempestatibus & harena-
rum molibus oppressus interiit. Post hec per quietē
uidit fratrem summi regni regnaturum: quo semi-
no exterritus non dubitauit post sacrilegia etiam
parricidium facere erat enim difficile ut parceret
suis: qui cum contemptu religionis grassatus etiam
aduersus deos fuerat: ad hoc tam crudele ministe-
rium magum quendam exanimis delegit: nōe

cometen · interim ipse gladio sua sponte euaginato
in femur graniter uulneratus occubuit · penasq; luit
seu imperati parricidii · seu perpetrati sacrilegii · quo
nuntio accepto magus ante famam amissi regis occupat
facinus · prostratoq; mergide · cui regnum debebat ·
fratrem suum subiecit oropasten · erat enim & oris
& corporis lineamentis persimilis ac nemine subesse
dolum arbitrante pro mergide rex oropasta constitu-
itur · que res eo occultior fuit · quod apud persas
persona sub specie maiestatis occultatur · Igitur magi
ad fauorem populi conciliandum tributa & militie
uacationem in triennium remittunt · ut regnum
quod fraude quesierant · indulgentie largitionibus
confirmarent · que res suspecta primo hostam uiro
nobili & in coniectura sagacissimo fuit · Itaq; per
interminatos querit de filia · que inter regias pellices
erat · an cyri filius rex esset · illa nec se ipsam scire aut
nec ex alia posse cognoscere · quia singule separatim
recludantur · tum pertractare caput dormienti iubet ·
Iam magho cambises aures utrasq; preciderat · factus
deinde per filiam certior sine auribus regem esse
optimatibus persarum rem indicat & in eadem falsi
regis impulsos sacramenti religione obstringit · se-
ptem tantum conscii fuere huius coniurationis · qui
ex continenti ne dato in penitentiam spatio res
per quencumq; narraretur · occultato sub ueste ferro
ad regiam pergunt · ibi obuios interfectis ad magos
perueniunt · quibus ne ipsis quidem animus in
auxilium sui defuit · siquidem stricto ferro duos

de conuiratis interficiunt ipsi tamen corripuntur
a plurimis quorum alterum gobrysas medium am-
plexus cum ceteris socius ne ipsum pro mago trans-
foderent : quia res obscuro loco gerebatur uel per
suum corpus adigi mago ferrum uisit : fortuna tñ
ita regente illo incolumi magus interficitur. occisis
magis magna quidem gloria recuperati regni prin-
cipium fuit : sed multo maior in eo quod cum de
regno ambigerent : concordare potuerunt erant n.
uirtute & nobilitate ita pares : ut difficilem ex his
populo electionem equalitas faceret. Ipsi igitur
uiam inuenerunt qua de se iudicium religioni &
fortune committerent : pactiq, inter se sunt : ut
die statuta omnes equos ante regiam primo mane
perducerent : & cuius equus contra solis ortum hyn-
nitum primus edidisset is rex esset. Nam & solem
per se unum deum esse credunt : & equos eidem deo
sacratos ferunt. Erat inter coniuratos darius histaspi
filius cui de regno sollicito : equi custos ait si ea res
uictoriam moraretur nichil negocii superesset. per
noctem deinde equum pridie constitutam diem ad
eundem locum ducit : ibiq, eque admittit : ratus ex
uoluptate ueneris futurum quod euenit postero
die. Itaq, cum ad statutam horam omnes conuenis-
sent darii equus cognito loco ex desiderio femine
hinnitum statim edidit. & cęlestibus aliis felix au-
spicium domino primus emisit tanta moderatio ce-
teris fuit : ut audito auspicio confestim equis desi-
luerint & darium regem salutauerint populus

quoq; uniuersus secutus iudicium principum eun-
dem regem constituit / sic regnum persarum septē
nobilissimorum uirorum uirtute quesitum tam le-
ui momento in unum collatum est incredibile pror-
sus tanta patientia cessisse eos / quod ut eriperent
magis mori non recusauerint / quanquam preter
formam uirtutemq; hoc imperio dignam etiam co-
gnatio dario iuncta cum pristinis regibus fuit. Prin-
cipio igitur regni cyri filiam in matrimonium re-
cepit / regalibus nuptiis regnum firmaturus / ut
non tantum in extraneum translatum q̄ in familiā
cyri reuersum uideretur / interiecto deinde tempore
cum assirii defecissent & babilonam occupassent
difficilisq; urbis expugnatio esset / estuante rege un
de interfectoribus magorum zopirus domi se uer-
beribus lacerari toto corpore iubet / nasum & aures
& labia sibi precidit / atq; ita regi mopinanti se offert
Attonitum & querentem uarium causas auctoremq;
tam fede lacerationis tacitus / quo proposito fecerit
edocet / formatoq; in futura consilio transfuge titulo
babiloniam proficiscitur / ubi ostendit populo lania-
tum corporis / queritur crudelitatem regis / a quo in
regni petitione non uirtute / sed auspicio / non udi-
cio hominum / sed humitu equi superatus sit / iu-
bet illos ex amicis exemplum capere / quid hostib
cauendum sit hortatur / ne membris magis q̄ armis
confidant / patiantur q; se commune bellum retenno-
re ira gerere. Nota nobilitas uiri pariter & uirtus
omnibus erat / nec de fide timebant / cuius ueluti

pignora uulnera corporis & inuurie notas habebant
Constituuntur ergo duces omnium suffragio / & accepta
parua manu semel atq; iterum cedentibus ex con-
sulto persis secunda prelia facit / ac postremo inuer-
sum sibi creditum exercitum Dario prodit / urbēq;
ipsam in potestatem eius redigit. Post hec Darius bel-
lum scithis infert / quod sequenti uolumine referet.

IN relatione rerum a scithis gestarum / que 2.
satis ample magnificeq; fuerunt / principiū
ab origine repetendum est / non enim nimis
illustria initia q̄ imperium habuere / nec ui-
rorum magis q̄ feminarum uirtutibus claruere.
Quippe cum ipsi parthos bactrianosq; femine autem
eorum amazonum regna conciderint / prorsus ut
res gestas uirorum mulierumq; consideranti sin-
certum sit uter apud eos sexus illustrior fuerit. Scy-
tharum gens antiquissima semper habita / quanquā
inter scithas & egyptios diu contentio de generis ue
tustate fuerit / egyptiis predicantibus initio rerum /
cum alie terre nimio feruore solis arderent / alie
rigerent frigoris immanitate / ita ut non modo
prime generare hominem / sed ne aduenas quidem
recipere actueri possent / priusq; aduersus calorem
uel frigus uelamenta corporis inuenirentur / uel
locorum uitia quesitis arte remediis molimentur /
egyptum ita temperatum semper fuisse / ut neq; hi-
berna frigora / nec estiui solis ardores incolas eius
premerent / solum ita fecundum / ut alimentorū

in usum hominum nulla terra feracior fuerit / iure ig[r]
ibi primum homines natos uideri debere / ubi educa
ri facillime possent . Contra scythe celi temperamentum
nullum esse uetustatis argumentum putabant / quippe
natura cum primum incrementa caloris ac frigoris re
gionibus distinxit / statim ad locorum patientiam
animalia quoq; generasse / sed & arborum ac frugum
pro regionum conditione apte genera uariata / &
quanto scythis sit celum asperius q̄ egiptiis / tanto &
corpora & ingenia esse duriora ceterum sique mundi
nunc partes sunt / aliquanto unitas fuit / siue illumes
aquarum principio rerum terras obrutas tenuit / t
siue ignis / qui & mundum genuit cuncta possedit / utriq;
primordiis scythas origine prestare . Nam si ignis pri
ma possessio rerum fuit / qui paulatim extinctus sede
terris dedit / nullam prius q̄ septentrionalem partem
hiemis rigore ab igne secretam adeo / ut nunc quoq; t
nulla magis rigeat frigoribus / egiptum uero & totum
orientem tardissime temperatum / quippe que etiam
nunc torrente calore solis exestuet / quod si omnes
quondam terre submerse profundo fuerint / profec
to editissimam quanq; partem decurrentibus aquis
primum detectam / humillimo autem solo eandem
aquam diutissime immoratam / & quanto prior q̄q;
pars terrarum siccata sit / tanto prius animalia gene
rare cepisse . Porro scythiam adeo editiorem omnib;
terris esse / ut cuncta flumina ibi nata in meotim
tium deinde in ponticum & egyptum mare decurrāt /
egyptum autem / que tot regum / tot seculorum

cura impensaq, munita sit. & aduersus uim incur-
rentium aquarum tantis extructa molibus. tot fossis
concisa. ut cum his arceantur illis recipiantur aque
nichilominus coli. nisi excluso ttilo non potuerit
nec posse uideri hominum uetustate ultimam. que
exaggerationibus regum. siue nili trahentis limum
terrarum recentissima uideatur. his igitur argumē-
tis superatis egyptus antiquiores semper scithe uisi.
Scythia autem in orientem porrecta includitur ab
imo latetere ponto. ab altero montibus ripeis. a
tergo asia & phasi flumine multum in longitudinē
& latitudinem patet. hominibus inter se nulli fines
neq, enim agrum exercent. nec domus illis ulla aut
tectum aut sedes est. armenta & pecora semper pa-
scentibus. & per incultas solitudines errare solitis.
uxores liberosq, secum in plaustris uehunt. quibus
coriis umbrum hiemisq, causa tectis pro domibus
utuntur. iustitia gentis ingeniis culta non legibus
nullum scelus apud eos furto grauius. quippe sine
tecto munimentoq, pecora & alimenta habentibus
quid interfuus superesset si furari liceret. Aurum
& argentum non perinde aspernantur ac reliqui mor-
tales appetunt. lacte & melle uescuntur. lane his
usus ac uestium ignotus. & quamquam continuis fri-
goribus uranturr pellibus tamen ferinis ac murinis
utuntur. hec commenta illis morum quoq, iustitiā
dedit. nichil alienum concupiscentibus. quippe di-
uitiarum cupido ibi est. ubi & usus atq, utinam re-
liquis mortalibus similis moderatio abstinentiaq, alei

alieni foret / profecto non tantum bellorum per
omnia secula terris omnibus continuarentur / nec
plus hominum ferrum & arma q̄ naturalis factorū
conditio raperet / prorsus ut admirabile videatur
hoc illis natum dare / quod greci longa sapientium
doctrina preceptisq; philosophorum cōsequi nequ-
unt / cultosq; mores inculte barbarie collatione su
perari tanto plus in illis proficit uitiorum ignoratio
q̄ his cognitio uirtutis / imperium alie ter quesiere /
ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut inui-
ti mansere / Darium regem persarum turpi scythia
submouerunt fuga / cyrum cum omni exercitu tru
cidauerunt / Alexandri magni ducem zopyriona
pari ratione cum copiis uniuersis deleuerunt / ro-
manorum auduere non sensere arma / parthicum
& battrianum imperium ipsi conciderunt / gens
laboribus & bellis aspera / uires corporum immense /
nichil parauere / quod amittere timeant / nichil
uictores preter gloriam concupiscunt / Primus scy-
this bellum intulit besoeis rex egiptius missis prius
legatis / qui hostibus parendi legem dicant / Sed scythe
iam ante de aduentu regis a finitimis certiores facti
legatis respondent / tam opulenti populi ducem sto-
lide aduersus inopes occupasse bellum / quod magis
dolori fuerit illi timendum / quod bello certamen
anceps / premia uictorie nulla damna manifesta
sint / Igitur non expectaturos scythas dum ad se
uenatur cum tanto sibi plura in hoste concupiscē-
da sint / ultroq; prede ituros obuiam / Hec dicta

ret morata / quos cum tanta celeritate rex uenire di-
cisset / in fugam uertitur / exercituq; cum omni
apparatu belli relicto in regnum trepidus se recepit.
Scythas ab egipto paludes prohibuere / inde reuersi
asiam perdomitam uectigalem fecere modico tribu-
to magis titulum imperii q̃ in uictorie premium
imposito / quindecim annis pacande asie morati / uxo-
rum flagitatione reuocantur per legatos denuntian-
tibus ni redeant sobolem sibi ex finitimis quesituras /
nec passuras / ut in posteritatem genus per feminas in-
tercidat. his igitur / asia per mille quingentos ãnos
uectigalis fuit perdendi tributi finem minus rex assi-
riorum imposuit. Sed apud scythas medio tempore
duo regii iuuenes plynos & scolopitus per factionem
optimatum domo pulsi ingentem iuuentutem secũ
traxere / & in cappadocie ora iuxta amnem termo-
donta consiederunt / subiectosq; themiscyrios cãpos
occupauere. Hi per multos annos spoliare finitimos
assueti / conspiratione populorum per insidias truci-
dantur. horum uxores cum uiderent exilio suo ad-
ditam orbitatem arma sumunt / finesq; suos sub-
mouentes primo mox etiam inferentes bella defen-
dunt / nubendi quoq; finitimis animum omisere /
seruitutem non matrimonium appellantes singu-
lare omnium seculorum exemplum / auxere rem
p. sine uiris nam etiam cum contemptu uirorum
tuentur / & ne feliciores alie alius uiderentur uiros
qui dum remanserant / interficiunt / ultionem
quoq; cesorum coniugum excidio finitimorum /

consequuntur. Tum pace armis quesita ne genus
interiret concubitos finitimorum ineunt. Siqui
mares nascerentur / interficiebant / ungimes in eū
dem ipsis mores non ocio / neq; lanificio / sed armis /
equis / uenationibus exercebant / inustis infantium
dexterioribus mammis ne sagictarum iactus impe-
diantur / unde dicte amazones. Duebus regine fue-
runt Martesia & Lampeda / que in duas partes agie
agmine diuiso inclite iam opibus uiribus gerebant
bella / sole terminos alterius defendentes / & ne suc-
cessibus deesset auctoritas / genitas se marte predica-
bant / Itaq; maiore parte europe subiecta / asie quoq;
non nullas ciuitates occupauere / ibi epheso multisq;
aliis urbibus conditis partem exercitus cum ingēti
preda domum dimittunt. Reliquę que ad tuendū
asie imperium remanserant / concursu barbarorū
cum Martesia regina interficiuntur / In huius locū
filia eius orithia regno succedit / cui preter singularē
belli scientiam eximia seruate in omne eium ungi-
nitatis admiratio fuit. huius uirtute tantum addi-
tum glorie / & fame amazonum est / ut hercules
rex / cui duodecim stipendia debebat / quasi impossi-
bile imperauit / ut arma regine amazonum sibi af-
ferret. Eo igitur profectus longis nouem nauibus
comitante principum grecie iuuentute inopinātes
aggreditur. Due tum sorores amazonum regna
tractabant / antiope & orithia / sed orithia foris
bellum gerebat. Igitur cum hercules ad litus amazo-
num applicuisset / infrequens multitudo cū antiope

regina nichil hostile metuente erat / quare effectū
est / ut pauce repentino tumultu excite arma summe-
rent / facilemq; victoriam hostibus darent. Multe
itaq; cese capteq; in his due antiope sorores menalippe
ab hercule / hippolite a theseo / sed theseus obtenta i
prelium captiua eandem in matrimonium assumpsit
& ex ea hippolitum genuit herculeſ post victoriam
menalippen captiuam sorori reddidit / & pretium
arma regine accepit atq; ita fimetus imperio ad regē
reuertitur / sed orithia ubi comperit bellum sororib⁹
illatum / & raptorem esse atheniensium principem
hortatur comites in ultionem / frustraq; & ponti simū
& asiam edomitam esse dicit / si grecorum non tam
bellis q̄ rapinis patent / Auxilium deinde a Sagylo
rege scythie petit genus scytharum esse cla dem
uirorum / necessitatem armorum belli causas osten
dit assecutasq; uirtutes ne segniores uiris femmas ha-
bere scythe uiderentur. Motus ille tanta domestica
gloria mittit cum ingenti equitatu filium panasago-
rum in auxilium / sed ante prelium dissensione orta
ab auxiliis deserte bello ab atheniensibus uincuntur /
receptaculum tamen habuere castra sociorum / quo-
rum auxilio intacte ab aliis gentibus in regnum
reuertuntur Post orithiam penthesilea regno po-
tita est / cuius troiano bello inter fortissimos uiros
cum auxilium aduersus grecos ferret / magna
uirtutis documenta extitere. Interfecta deinde
Penthesilea exercituq; eius assumpto pauce / que
in regno remanserant egre se aduersum finitimos

defendentes usq; ad tempora Alexandri magni du-
rauerunt. Harum instites sine thalestris regine
concubitu Alexandri per dies tredecim ad sobolem
ex ea generandam obtento reuersa in regnum bre-
ui tempore cum omni amazonum nomine inter-
cidit. Scythe autem tertia expeditione aliana
cum annis octo a coniugibus ac liberis abfuissent
seruili bello domi excipiuntur: quippe coniuges
eorum longa expectatione fesse: nec iam teneri bel-
lo: sed defetos rate seruis ad custodiam pecorum
relictis nubunt: qui reuersos cum uictoria dominos
uelut aduenas armati finibus prohibent. Quibus
cum maria uictoria fuisset: admonentur scithe
mutare genus pugne memores non cum hostibus:
sed cum seruis preliandum: nec armorum: sed do-
minorum iure uincendos: uerbera in aciem non
tela afferenda. omisso; ferro urgas & flagella ce-
teraq; seruilis metus paranda instrumenta sum̃it
probato omnes consilio instructi sicuti preceptum
erat: postquam ad hostem accessere inopinantibus
uerbera intenta: adeoq; illos perculerunt: ut quos
ferro non poterant: metu uerberum uincerent: fu-
gamq; non hostes uicti: sed ut fugitiui serui capesce-
rent: quicunq; capi potuerunt: supplicia crucibus
luerent. Mulieres quoq; male sibi conscie partim
ferro: partim suspendio uitam finierunt. Pax post
hec apud scythas fuit usq; tempora Lamiri regis: huic
Darius rex persarum sicut supra dictum est: cum
filie eius nuptias non obtinuisset: bellum intulit:

& armatis septingentibus milibus hominum scythiā
ingressus non facientibus hostibus pugne potestatem:
metuens ne interrupto ponte histri reditus sibi in-
tercluderetur. Amissis octoginta milibus hominū
trepidus refugit: que iactura abundante multitu-
dine inter damna numerata non est. Ind[e] iam
& macedoniam dominationis quoq; nauali preho
superat. Dein cognito quod athenienses ionis con-
tra se auxilium tulissent: omnem impetum belli
in eos conuertit. Hunc quoniam ad bella athenien-
sium uentum est: que non modo ultra spem ge-
rendi: uerum etiam ultra gesti fidem peracta sūt,
operaq; athenensium effectu maiora q̄ uoto fuere:
paucis uerbis origo repetenda est. Et quia non ut
cetere gentes a sordidis initiis ad summa creuere:
soli enim preter q̄ incremento etiam origine glo-
riantur. Quippe non aduene: neq; passim collecta
populi colluuies originem urbi dedit: sed eodem
innati solo: quod incolunt: & que in illis sedes: eadē
origo est. Primi lanificii & olei & uini usum do-
cuere: arare quoq; ac serere frumenta: glande ue-
scentibus monstrarunt: littere certe ac facundia
& hec ciuilis discipline ordo ueluti templum athe-
nas habent. Ante deucalionis tempora regem habue-
cecropem: quem ut omnis antiquitas fabulosa est:
biformem tradidere: quia primus marem femine
matrimonio iunxit. huic successit erasinus: cuius
filia atis nomen regioni dedit. Post hunc amphi-
ctionides regnauit: anno scilicet ante urbem con-

dutam octingentesimo decimo : qui primus immense urbem sacrauit & nomen ciuitatis athenas dedit. huius temporibus aquarum illuuies maiorum partē populorum grecie assumpsit. Superfuerunt quos refugia montium receperunt aut ad regem thessalie deucalionem ratibus euecti sunt. A quo propterea genus hominum conditum dicitur : per ordinem deinde successionis regnum ad herecteum descēdit : sub quo frumenti satio est : & eleusina a triptolemo reperta in cuius muneris honorem noctes initiorū sacrate. Tenuit & egeus thesei pater athenis regnū : a quo per diuortium decedens medea propter adultā prungni etatem colchos cum medo filio exegeo suscepto concessit : post egeum theseus : ac deinceps thesei filius demophon : qui auxilium grecis aduersus troianos tulit : regnum possedit. Erant inter athenienses & dorienses simultatum ueteres offense : quas uindicaturi bello dorienses : de euentu prelii oracula consuluerunt responsum superiores fore ni regem athenensium occidissent. Cum uentum esset in bellum militibus ante omnia custodia regis atheniensium precipitur: atheniensibus eo tempore rex codrus erat qui & responso dei & preceptis hostium cognitis castra hostium ingreditur. Ibi in turba obsistentium a milite quem falce astu conuulnerauerat : interficitur. Cognito regis corpore dorienses sine prelio discedunt. Itaq; athenienses uirtute ducis pro salute patrie morti se offerentis bello liberantur. Post codrum nero athenis regnauit : quod memorie nomi-

nis eius tributum est. Administratio rei p. annuis
magistratibus permissa: sed ciuitati nulle time le-
ges erant: qua libido regum pro legibus habebatur.
Legitur itaq; Solon uir iustitie insignis: qui uelut
nouam ciuitatem legibus conderet: qui tanto tempe-
ramento inter plebem senatumq; egit: cum siquid
pro altero ordine tulisset: alteri displiciturum uide-
retur: ut ab utrisq; parem gratiam traheret: huius
uiri inter multa egregia & illud memorabile fuit
inter athenienses & megarenses de proprietate sala-
mine insule prope usq; interitum armis dimicatum
fuerat: post multas clades capitale esse apud athe-
nienses cepit: siquis legem de uindicanda insula tu-
lisset. Sollicitus igitur Solon ne aut tacendo patri
rei p. consuleret: aut censendo sibi subitam demen-
tiam simulat. cuius uena non dicturus modo pro-
hibita: sed & facturus erat: deformis habitu: more
uecordium in publicum euolat: factoq; concursu
hominum: quo magis consilium dissimulet: insolitis
sibi uersibus suadere populo cepit: quod uetabatur:
omniumq; animos ita cepit: ut extemplo bellum
aduersus megarenses decerneretur: insulaq; deuic-
tis hostibus athenensium fieret. Interea megarenses
memores illati athenensibus belli & deserti ne frustra
arma mouisse uiderentur: matronas athenensium in
eiulatus sacris noctu oppressum naues conscendunt.
qua re cognita dux athenensium pisistratus iuuentu-
tem in insidiis locat: iussit matronis solito clamore
ac strepitu etiam in accessu hostium ne intellectos

se sentiant sacra celebrare / egressosq; nauibus ne-
garenses inopinantes aggressus deletur ac protinus
classe captiua interemptis mulieribus / ut speciem
captarum matronarum preberent megaram conten-
dit / illi cum & nauium formam & petitam predā
cognoscerent obuii ad portum procedunt / quibus
cesis pisistratus paulum a capienda urbe abfuit / ita
doriensis suis dolis hostii victoriam dedere. Sed pi-
sistratus quasi sibi non patrie uicisset tyrannidem
per dolum occupat / quippe uoluntarijs uerberibus
domi affectus / laceratoq; corpore in publicum pro-
greditur aduocata contione uulnera populo ostendit
de crudelitate principum a quibus hec se passū
simulabat / queritur addimitur uocibus lachryme
& immodica oratione multitudo credula accenditur
amore plebis inuisum se senatui simulat / obtinet
ad custodiam corporis sui satellitum auxilium / per
quos occupata tyrannide per annos triginta quatuor
regnauit. Post huius mortem Diocles alter ex filiis
per uim stuprata uirgine a fratre puelle interficit /
alter hippias nomine cum imperium paternum te-
neret / interfectorem fratris comprehendi iubet /
qui cum per tormenta conscios cedis nominare coge-
retur / omnes amicos tyranni nominauit / quibus
interfectis querenti tyranno an adhuc aliqui con-
scii essent / neminem ait superesse / quem amplius
mori gestiat / nisi ipsum tirannum / qua uoce eius
tiranni se uictorem post uindictam publicatae sono-
ris ostendit. huius uindicta cum admonita ciuitas

libertatis esset/ tandem hippias regno pulsus in exi-
lium agitur/ qui profectus in persas ducem se dario
inferenti athenienſibus bellum sicut supra signifi-
catum est aduersus patriam suam offert. Igitur
athenienses audito dari aduentu auxilium a luce-
demoniis socia nunc ciuitate petuerunt/ quos ubi
uiderunt quatriduii tenere religione non expectato
auxilio instructis decem milibus ciuium & plateen-
sibus auxiliaribus mille aduersus sexcenta milia ho-
stium in campis marathoniis in prelium egrediuntur.
Miltiades dux belli erat & auctor non expectādi
auxilii/ quem tanta fiducia ceperat/ ut plus presidii
in celeritate q̄m socios duceret. Magna igitur in
pugnam euntibus animorum alacritas fuit adeo
ut cum mille passus inter duas acies essent/ cita to
cursu ante iactum sagittarum ad hostem ueniret/
nec audacie eius euentus defuit. Pugnatum est
enim tanta uirtute: ut hinc uiros/ inde pecudes pu-
tares. Victi per se in naues confugerunt/ ex quibus
multe submerse: multe capte sunt. In eo prelio
tanta uirtus singulorum fuit: ut cuius laus prima
esset difficile iudicetur inter ceteros/ tamen themi-
stocles adolescentis emicuit gloria/ in quo iam tūc
indoles future imperatorie dignitas apparuit. Cy-
negeri quoq; athenienſis militis gloria magnis scri-
ptorum laudibus celebrata est/ qui post prelii in-
numeras cedes/ cum fugientes hostes ad naues egis-
set onustam nauem dextra manu tenuit/ nec prius
dimisit q̄ manum amitteret. Tunc quoq; amputata

dextra nauem sinistra comprehendit: quam &
ipsam cum amisisset ad postremum morsu nauem
detinuit. Tantam in eo uirtutem fuisse: ut non
tot cedibus fatigatus: non duabus manibus amissis
uictus truncus ad postremum & ueluti rabida fera
dentibus dimicauerit. Ducenta milia perse eo prelio
sine naufragio amisere. cecidit & hippias tyrannus
athenensis auctor & concitor eius belli diis patrie
ultoribus penas repetentibus. Interea & Darius
cum bellum restauraret in ipso apparatu decedit re-
lictis multis filiis & in regno & ante regnum sibi
uindicabat quod uis & ordo nascendi & natura
ipsa gentilibus dedit. Porro xerxes controuersiam
non de ordine: sed de nascendi felicitate referebat.
Nam arianenem primum quidem dario: sed pri-
uato prouenisse: se regi primum natum: fratresitaq;
suos qui ante geniti essent priuatum patrimoniū
quod eo tempore darius habuisset non regnum sibi
uindicare posse: se esse quem primum in regno ia
rex pater sustulerit. Huc accedere quod aria-
menes non patre tantum: sed & matre priuate
adhuc femine: ita auo quoq; materno priuato pro-
creatus sit: se uero & matre regina natum: &
patrem non nisi regem uidisse: auum quoq; mater-
num cyrum se regem habuisse non heredem: sed
conditorem tanti regni. Ita & si in equo iure utriq;
fratrem pater reliquisset materno se iure & auito
uincere. Hoc certamen concordi animo ad patruū
suum ariafernen ueluti ad domesticum iudicem

deferunt / qui domi cognita causa xerxen prepo-
suit / adeoq; fraterna contentio fuit / ut nec uic-
tor insultauerit / nec victus doluerit . Ipsoq; litis
tempore munera mutuo miserint / iocunda quoq;
inter se non solum credula communia habuerunt
iudicium quoq; ipsum sine arbitris / sine commu-
fuerit / tanto moderatius tunc fratres inter se maxi-
ma regna diuidebant / q̃ nunc exigua patrimonia
partiuntur . Igitur xerxes bellum a patre ceptum
aduersus graciam per quinquennium instruxit / q̃d
ubi primum didicit Demaratus rex lacedemoniorũ
qui apud xerxen exulabat amicior patrie post fugã
q̃ regi post beneficia ne inopinato bello opprimerent /
omnia in tabellis ligneis magistratibus perscribit / eas-
demq; cera superducta delet / ne aut scriptura
sine tegmine indutum daret / aut recens cera doluũ
perderet / fido demde seruo perferendas tradidit /
iusso magistratibus spartanorum tradere . Quibus p-
latis lacedemonie questionis res missa fuit / quod
neq; scriptum aliquid uiderent / nec frustra missa
suspicarentur / tantoq; rem maiorem quanto esset
occultior putabant / herentibus in coniectura uiris
soror regis leonide consilium scribentis inuenit / era-
sa igitur cera belli consilia detegumtur . Iam xerxes
septingenta milia regno / de auxiliis autem trecenta
milia parauerat / ut non immerito proditum sit
flumina ab exercitu eius siccata gratiam / que om-
nem uix capere exercitum eius potuisse . Hauesi
quoq; d[illegible] centum milium numero habuisse di

cutur: hunc tanto agmini dux defuit: ceterum
si regem spectes diuitias non ducem laudas: qua-
rum tanta copia in regno eius fuit: ut cum flumia
multitudine consumerentur: opes tamen regie
[illegible]ressent: ipse tamen primus in fugam postrem
[illegible] prelio semper intus est: in periculis timidus: &
si cubi metus abesset inflatus. Deniq; inflatus ante
experimentum belli fiducia utrium ueluti natiue
ipsius dominus & montes in planum deducebat &
conuexa nullum equabat: & quedam maria
pontibus sternebat: quedam ad nauigationis com-
modum per compendium ducebat. Cuius introitus
in oreciam & terribilis: tam turpis ac fedus discessus
fuit. Flamq; cum leonida rex spartanorum cum qua-
tuor milibus militum angustias termopylarum oc-
cupasset: xerxes contemptu paucitatis eos pugnam
capessere iubet: quorum cognati maratonia pugna
interfecti fuerant: qui dum ulcisci suos querunt
principum cladis fuere succedente deinde anmi-
li turba maior cedes editur. Triduo ibi cum dolore
& indignatione persarum dimicatum: quarta
die cum nuntiatum esset leonide a tergo mili-
hostium summum cacumen teneri: tunc hortatur
socios recedant: & se ad meliora patrie tempora
reseruent: sibi cum spartanis fortunam experien-
dam plura se patrie q̃ mite debere: ceteros ad pre-
sidia grecie seruandos: audito regis imperio discee
ssere: ceteri soli lacedemonii remanserunt. In i-
tio huius belli scisitantibus delphis oracula respon

sum fuerat / aut regi spartanorum / aut urbi cadē-
dum / & ideirco rex leonida cum in bellum pro-
fiscereture / ita suos firmauerat / uti se parato ad
moriendum animo scirent / angusthas que propte-
rea occupauerat / ut cum paucis aut maiore glora
uincerent / aut minore damno rei p. caderet. Di-
missis igitur socijs hortatur spartanos / meminerint
qualitercumq. prelio cadendum esse / cauerent ne
fortuis mansisse q dimicasse uideantur / nec expec-
tandum ut ab hoste circumuenirentur / sed dum
nox occasionem daret / securis & letis superuenē-
dum nusquam uictore honestius q in castris hostiū
peritiros / nichil erat difficile persuadere / persuasis
mori / statim arma capiunt / & sexcenti uiri castra
quingentorum milium irrumpunt. Statimq, re-
gis pretorium petunt / aut cum illo aut si ipsi oppi-
si essent in ipsius potissimum sedem moriturri. Limi-
tis totis castris oritur spartani postquam regem
non inuenium per omnia castra uictores uagantur.
cedunt sternuntq omnia / ut qui se sciant pugnare
non spe uictorie / sed in mortis ultionem prelium
a principio noctis in maiorem partem diei tractum
ad postremum non uicti / sed uincendo inter ingen-
tes stratorum hostium caterua occiderunt. Xer-
xes duobus uulneribus terrestri prelio acceptis ex-
periri maris fortunam statuit / sed athenensium
dux themistocles cum animaduertisset ionas /
propter quos bellum persarum susceperat / in au-
xilium regis classe uenisse sollicitare eos in partes

ſuaſ ſtatuit / & cum colloquendi copiam non haberet
quo applicaturi erant ſimbolos proponi & ſaxis pro
ſcribi curat . que uos iones clementia tenet / quod
facinus agitatis / bellum inferre olim conditoribus
ueſtris / nuper etiam uindicibus cogitatis / an ideo me
ma ueſtra condidimus / ut eſſent qui noſtra delerent /
quid ſi non hec & dario prius & nunc xerxi belli
cauſa nobiſcum foret / quos uos rebellantes non deſti
tuimus / quin uos in hec ueſtra caſtra ex iſta obſidione
tranſitis / aut ſi hoc parum tutum eſt ad uos commiſſo
prelio ite ceſſum inhibite remis & a bello diſcedite .
Ante natalis prelii congreſſionem miſerat xerxes
quatuor milia armatorum delphos / ad templum
appollinis diripiendum / & prorſus quaſi non cum
grecis tantum / ſed & cum diis immortalibus belli
gerent . que manus tota imbribus & fulminibus de
leta eſt / ut intelligere q̃ nulle eſſent hominum
aduerſum deorum uires . Poſt hec theſpiadas &
plateas & athenas uacuas hominibus incendit &
quoniam ferro in homines non poterat in edificiis
igne graſſatur . Namq; athenienſes poſt pugnam
marathoniam premonente themiſtocle / victoriam
illam deperſis non finem / ſed cauſam maioribus
beliis fore ducentas naues fabricauerant . Aduentante
igitur xerxe conſulentibus delphis oraculum re
ſponſum fuerat ſalutem muris ligneis tuerentur .
Themiſtocles nauium preſidium demonſtratum
ratus perſuadet omnibus patriam municipes non
mema ciuitatemq; non in edificiis / ſed in cimbus

positam . Melius itaq; salutem nauibus q̄ urbi cōmis
simos . huius sententie etiam deum auctorem esse .
Probato consilio coniuges . liberosq; cum pretiosissi
mis rebus abditis insulis relicta urbe demandant .
ipsi naues armati conscendunt exemplum athenien
sium & alie urbes imitate . Itaq; cum adunata omīs
sociorum classis & intenta in bellum nauale esset an
gustiasq; salaminii freti ne circumuenirī a multitudi
ne posset occupassent dissensio inter ciuitatum prin
cipes oritur . qui cum deserto bello ad sua tuenda
bella dilabi uellent timens themistocles . ne discess
su sociorum ures minuerentur . per seruum fidum
xerxi nuntiat uno in loco eum contractam greciā
capere facillime posse . quod si ciuitates que iam
abire uellent dissipentur maiore labore ei singulas
consectandas . hoc dolo impellit regem signum pu
gne dare . greci quoq; aduentu hostium occupati pre
lium collatis uiribus capessunt . Interea rex uelut
spectator pugne cum parte nauium in litore rema
net . Artemisia autem regina alicarnassi . que in
auxilium xerxi uenerat inter primores duces bellī
acerrime uigebat . quippe ut in uiro muliebrem timo
rem . ita in muliere audaciam uirilem cerneres .
Cum ancepsi prelium esset . fones iuxta preceptū
themistocli pugne se paulatim subtrahere ceperunt .
quorum defectio animos ceteris fregit . Itaq; circū
spicientes fugam . pellimur perse & mox prelio mē
ti in fugam uertuntur . In qua trepidatione mulie
submerse naues . multe capte sunt . plures tamen

non minus seuitiam regis q̄ hostem timentes domū
dilabuntur. hac clade perculsum & dubium consi-
lii exercen mardonius aggreditur. hortatur in
regnum abeat. nequid seditionis moueat fama ad
uersi belli & in manus sicuti nosset omnia extolles
sibi trecenta milia armatorum lecta ex omnibus co-
piis relinquat. qua manu aut cum gloria eius perdo-
mituram se graeciam. aut si aliter euentus ferat. sine
eius dem infamia hostibus cessurum. probato consi-
lio mardonio exercitus traditur. reliquas copias rex
ipse reducere in regnum parat. sed greci audita re-
gis fuga consilium mutant pontis interrumpendi.
quem ille abido ueluti uictor maris fecerat. ut in-
tercluso reditu aut cum exercitu deleretur. aut cū
desperatione rerum pacem uictus petere cogeretur.
Sed themistocles timens ne intercluso hostes de spe-
rationem in furorem uerterent. & uti quod alit
non pateret. ferro patefacerent. satis multos hostes
in graecia remanere dictitans. nec augeri numerum
retinendo oportere. cum uincere consilio ceteros nō
posset. eumdem serium ad xerxen mittit. certio-
rem q̄ consilii fecit. & occupare transitum matura
fuga iubet. Ille perculsus nuntio tradit ducibus mi-
lites perducendos. ipse cum paucis abido contendit.
Vbi cum solutum pontem hibernis tempestatibus of-
fendisset. piscatoria scapha traiecit trepidus. Erat
res spectaculo digna. & extimatione rerum humane
sortis uarietate miranda. in exiguo latentem uide
nauigio. quem paulo ante uix equor omne capiebat

carentem etiam omni seruorum ministerio / cuius
exercitus propter multitudinem terris graues erant
nec pedestribus copiis / quas ducibus assignauerat feli-
citer fuit / si quidem quotidiano labori / neq; nul-
la est metuentibus quies / etiam fames accesserat /
Multorum deinde dierum inopia contraxerat &
pestem / tantaq; fecditas morientium fuit / ut uie cada-
ueribus implerentur / aliteq; que & bestie esce illece-
bris sollicitate exercitum sequerentur. Interim mar-
donius in grecia olynthum expugnat / athenienses
quoq; in spem pacis anticiamq; regis sollicitat spondes
incense eius urbis etiam manus restitutionem. Postquā
nullo preno libertatem uidit bis uenalem incensis-
que edificare ceperat / copias in boetiam transfert /
eo & grecorum exercitus / qui centum milium fuit
securius est / ibiq; prelium commissum / sed fortuna
regis cum duce mutata non est. Tum uetus mardon-
uelut ex naufragio cum paucis profugit / castra refecta
regalis opulentie capta. Vnde primum grecos diuiso
inter se auro persico / diuitiarum luxuria cepit. eodē
forte die / quo mardonii copie delete sunt / etiam ma-
nali prelio in asia sub monte mesie aduersus persas
dimicatum est. Sibi ante congressionem cum classes
ex aduerso starent fama ad utrunq; exercitum
uenit / iniisse grecos & mardonii copias occasione
occidisse. Tantam fame uelocitatem fuisse / ut
cum in animo maturino corpore prelium in boetia
commissum sit / meridiamis horis in asiam per tot
maria & tantum spatii tam breui horarum mōnto

de victoria nuntiatum est sit. Confecto bello cum de premiis ciuitatum ageretur / omnium athenie-
sium uirtus ceteris prelata inter duces quoq; the-
mistocles princeps ciuitatum testimonio iudicatus
gloriam patrie sue auxit. Igitur athenienses auc-
ti & premiis belli & gloriam urbem ex integro con-
dere moliuntur. Cum mena maiora complexi fuis-
sent suspecti lacedemoniis esse cepere / recte repu-
tantibus ruinam urbis tantum incrementi dedisse
quantum sit datura munita ciuitas mittunt. Ergo
legatos / qui monerent ne munimenta hostibus &
receptacula futuri belli extruant. Themistocles ut
uidit spei urbis inuideri non existimans inconsulte
agendum respondit legatis uiros lacedemonem /
qui de ea re pariter cum illis consulant / sic dimis-
sis spartanis hortatur suos ꝙ opus maturent / dein
ipse interiecto tempore / in legationem proficiscitur.
Et nunc in itinere infirmitate simulata / nunc tar-
ditatem collegarum accusans / sine quibus agi iure'
nichil posset / diem de die proferendo spatium con-
sumando operi querebat. Cum interim nuntiatur
spartanis opus athenensium maturari / propter
quod demuo legatos mittunt ad inspiciendam rē
cum themistocles per seruum magistratibus ꝫ scribit
athenensium legatos teneant ne
in se grauius consulatur / adit deinde in contionem
lacedemoniorum indicat permunitas athenas esse.
& posse iam illatum bellum non armis tantum sed
etiam muris substinere si quid ob eam rem de se

t sit. Confecto bello cum
etur: omnium athenie-
a inter duces quoq; the-
m testimonio iudicatus
Igitur athenienses anti
urbem ex integro con-
na maiora complexi fuis-
s esse cepere: recte repu-
tum incrementi dedisse
ta ciuitas mittunt. Ergo
munimenta hostibus &
ctruant. Themistocles ut
non existimans inconsulte
si ituros lacedemonem
llis consulant: sic dimis-
s opus maturent: dein
n legationem proficiscitur.
ntate simulata: nunc tar-
ans sine quibus agi iure'
e proferendo spatium con-
. Cum interim nuntiatur
tum maturari: propter
tunt ad inspiciendam re
tum magistratibus scribit
ciant pignusq; teneant ne
adit deinde in contionem
ar permunitas athenas esse.
lum non armis tantum sed
si quid ob eam rem de se

eru deinus statuerent legatos eorum in hoc pugn?
athenis retentos grauiter deinde castigat eos qđ
non uirtute. sed imbecillitate sociorum potētiā
quererent: sic dimissis ueluti triumphatis sparta-
nis a ciuibus excipitur. Post hec spartani ne uires
ocio corrumperent. & ut bis illatum a persis grecie
bellum ulciscerentur. ultro fines eorum depopu
lantur. ducem suo suorumq; exercitui delegunt
pausaniam. qui ducatu ragnum grecie affectans
proditionis premium cum xerxe nuptias filie ei?
pacisci tur. redditis captiuis. ut fides regis aliquo
beneficio obstringeretur. Scribit propterea xer
xi quoscunq; admonitos missset: interficeret.
ne res loquacitate hominum proderetur. Sed
dux athenien sium Aristides belli socius electus
collegę conatibus obuiam eundo. simul & in rem
sapienter consulendo proditionis causa consilia
discussit: nec multo post accusatus pausanias dam
natur. Igitur xerxes cum uideret publicatum
dolum proditionis ex integro bellum instituit. Gre
ci quoq; ducem constituunt cimona athenien sē
filium Miltiadis. quo duce apud marathonem pu
gnatum est: iuuenem cuius magnitudinem futu
ram pietatis documenta prodiderunt. quippe pa
trem ob crimen peculatus in carcerem coniectum.
ibiq; defunctum translatis in se uinculis ad sepul
turam redemit: nec in bello iudicium delegentium
fefellit. si quidem non inferior uirtutibus patris
xerxen terrestri nauali q; prelio superatum trepidū

recipere se in regnum coegit

3. XErxes rex persarum terror antea gētiū bello in grecia infeliciter gesto. etiam suis contemptui esse cepit. quippe arthabanus prefectus eius deficiente quotidie regis maiestate. in spem regni adductus cum septem robustissimis filiis regiam uespere ingreditur. nam amicitie iure semper illi patebat. trucidatoq; rege nuncio suo obsistentes filios eius dolo aggreditur. securior de artaxerxe puero admodum fingit regem a dario. qui erat adolescens. quo maturiꝰ regno potiretur. occisum impellit artaxerxen parricidium parricidio uindicare. Cum uenum esset ad dormientis inuentus quasi somnum fingeret. interficitur. Demum unum ex regis filius scelere suo superesse arthabanus uideret. meminereteq; de regno certamina principum assumpsit in societatem consilii bagabasum. qui presenti statu contentus rem prodit Artaxerxi. ut pater eius occisus sit. ut frater falsa parricidii suspitione oppressus. ut denique ipsi parentur insidie. his cognitis Artaxerxes uerens arthabanu numerū filiorū in posterum diem paratum esse armatum exercitum iubet. recognoscunt̄ & numerum militum & in armis industriam singulorum. itaq; cū inter ceteros & ipse arthabanus armatus assisteret rex simulat se breuiorem loricam habere iubet arthabanum secum commutare exuentem se ac

mdatum gladio traiecit. Tum & filios eius corripi
uibet, atq; ita egregius adolescens & eedem patris &
nocem fratris & se abinsidiis arthibam imdicamit.
tum hec in persis gerimtur: interea grecia omnis du-
cibus lacedemoniis & athemensibus in duas diuisa
partes: ab externis bellis uelut in uiscera sua arma
conuertat. Fiunt igitur de uno populo duo corpora,
& eorumdem castrorum hommes in duos hostiles
exercitus diuidimtur. hinc lacedemonii commmma
quondam ciuitatum auxilia ad uires suas trahebat:
unde athemenses & uetustate generis: & gestis reb
illustres propriis uiribus confidebimt: atq; ita duo
potentissimi grecie populi unius uiri solonis & lygur-
gi legibus pares: ex emulatione uirtum in bellum
fuebant. Namq; lygurgus cum fratri suo polybi-
te spartanorum regi successisset regnumq; sibi uin-
dicare potuisset carillo filio eius: qui postumus na-
tus fuerat: cum ad etatem adultam uenisset re-
gnum summa fide restituit: ut intelligerent om-
nes quanto plus pietatis ura apud bonos: q; om-
nes opes ualerent. Medio igitur tempore dum
infans comalescit: tutelamq; eius adminmistrat:
non habentibus spartanis leges instituit: non in-
uentione magis earum: q; exemplo clarior. Sigd
nichil lege ulla in alios sanxit: cuius non ipse prius
in se documentum daret. Populum in obsequia
principum principes ad iustitiam imperiorum
formauit. Parsimoniam omnibus suasit exilimas
laborem militie assidue frugalitatis consuetudie

faciliorem fore. Emi singula non pecunia: sed com
pensatione mercium iussit. Auri argentiq; usum uelut
omnium scelerum materiam sustulit. Administra
tionem rei p per ordines diuisit. Regibus potestatem
bellorum: magistratibus iudicia: & annuos succesſo-
res: senatui custodiam legum: populo sublegendi
senatum: uel creandi quos uellet magistratus: pote-
statem permisit. Fundos omnium equaliter inter
omnes diuisit: ut equata patrimonia nemmem potio
rem alteri redderent. Communari omnes publice iussit
ne cuius diuitie uel luxuria in occulto essent. Iu ue-
nibus non amplius una ueste uti toto anno permisit:
ne quemquam cultus q̃ alterum progredi: nec epu
lari opulentius ne imitatio in luxuriam uerteretur.
Pueros puberes non in forum: sed in agrum deduci
precepit: ut primos annos non in luxuria: sed in
opere & in laboribus agerent. Nichil eos somni ca
substernere & uitam sine pulmento degere: neq;
prius in urbem redire q̃ uiri facti essent/statuit:
Virgines sine dote nubere iussit: ut uxores legerent
non pecunie: seruusq; matrimonia sua uiri coherce-
rent: cum nullis frenis dotis tenerentur. Maximū
honorem non diutium & potentium: sed pro gradu
etatis senium esse uolunt: nec sane usquam terrarum
locum honoratiorem senectus habet. Hec quoniam
primo solutis antea moribus diua uidebat esse auctо-
rem eorum Apollinem delphicum fingit: & inde
se ea ex precepto numinis detulisse: ut consuescen-
di tedium metus religionis euincat. Deinde ut eterni-

tatem legibus suis daret: iureiurando obligat ciuitatē:
nichil eos de eius legibus mutaturos prius q̄ reuerteret.
Et simulat se ad oraculum delphicum profiscisci con-
sulturum quid addendum mutandumq; legibus uide-
retur. Profiscitur autem cretam ibiq; perpetuum
exilium egit: abiciq; in mare ossa sua moriens iussit:
ne relatis lacedemonia solutos se spartani religione iu-
ris iurandi in dissoluendis legibus arbitrarentur. his
igitur moribus ita brem ciuitas conualuit: ut cum
messenii is stupratas uirgines suas in solemni messenio-rū
sacrificio bellum intulissent grauissima se execratione
obstrinxerint non prius q̄ messenam expugnassent
reuersuros: tantum sibi uel de uiribus suis uel de for-
tuna spondentes. Que res initium dissensionis grecie
& intestini belli causa & origo fuit. Itaq; cum contra
presumptionem suam annis decem in obsidione urbis
tenerentur: & querelis uxorum post tam longam ui-
duitatem reuocarentur ueriti ne hac perseuerantia
belli grauius sibi q̄ messeniis nocerent, quippe illis
quantum iuuentutis bello intercidat: mulierum fe-
cunditate suppleri sibi & bellis damna assidua &
fecunditatem uxorum absentibus uiris nullam esse.
Itaq; legunt iuuenes ex eo genere militum qui post
iusiurandum in supplementum uenerant: quibus
spartani remissis promiscuos omnium feminarum
concubitus permisere, maiorem futuram conceptio-
nem rati: si eam singule per plures uiros experirent.
Ex his nati ob notam materni pudoris spartani uoca-
ti: qui cum ad annum tricesimum peruenissent

metu inopie nulli enim pater existebat / cuius in
patrimonium successio speraretur / ducem phalantum
assummunt filium arati / qui auctor spartanis fuerat
immeritis ad generandam sobolem domum remit-
tende . ut sicuti diudum patrem eius nascendi auc-
torem habuissent / sic ipsum spei ac dignitatis sue ha-
berent . Itaq; nec salutatis matribus / quarum adul-
terio infamiam collegisse iudebantur ad sedes ing-
rendas proficiscuntur / diuq; & per uarios casus
iactati / tandem in italiam deferuntur . Et occupa-
ta arce tarentinorum expugnatis ueteribus inco-
lis sedem sibi constituunt . Sed post annos plurimos
duce eorum phalantus per seditionem in exilium
proturbatus brundusium se contulit / quo expulsi
sedibus suis ueteres tarentini concesserant is mo-
riens persuadet / ut ossa sua postremaq; reliquias
conterant / & tacite spargi in foro tarentinorum
curent / hoc enim modo recuperare illos patriā
suam posse Apollinem delphis cecinisse illi arbitrā
tes eum in ultionem sui ciuium fata prodisse prece-
ptis parere . Sed oraculi diuersa sententia fuerat .
perpetuitatem enim urbis non amissionem hoc
facto promiserat . Ita ducis exulis consilio & ho-
stium ministerio possessio tarentina spartanis in
eternum fundata / ob cuius beneficii memoriam
phalanto diuinos honores decreuere . Interea mes-
senii cum uirtute non possent / per insidias expu-
gnantur / dein cum per annos octoginta grauia
seruitutis uerbera plerunq; & uincula ceteraq;

captuitatis mala perpessi essent. post longam pena-
rum patientiam bellum instaurant. Lacedemonii q;
eo consponsis ad arma concurrunt: quo aduersus
seruos dimicaturi uidebantur. Itaq; cum hinc inju-
ria, inde indignitas animos acueret, lacedemonii
de belli euentu oraculo delphis consulto iubentur du-
cem belli ab athenensibus petere. Porro athenienses
cum responsum cognouissent, in contemptum spartha-
norum cyrtheam poetam claudum pedeinserunt,
qui tribus preliis fusos eo usq; desperationis spartanos
adduxit, ut in supplementum exercitus seruos suos
manumitterent, hisq; interfectorum matrimonia
pollicerentur, ut non numero tantum amissorum
ciuium, sed & dignitati succederent. Sed & re-
ges lacedemoniorum ne contra fortunam pugnãdo
maiora detrimenta ciuitati infligerent, reducere
exercitum uoluerunt ni interuenisset cyrtheus,
qui composita carmina exercitui pro contione reci-
tauit, in quibus hortamenta uirtutis, damnorum
solatia, belli consilia contempsit. Itaq; tantum ardorẽ
militibus iniecit, ut non de salute, sed de sepultura
solliciti tesseras insculptas suis & patrum nominib⁹
dextro brachio deligarent, ut si omnes aduersũ
prelium consumpsissẽt, & temporis spatio confusa
corporum lanamenta essent, exinditio titulorũ
tradi sepulture possent. Cum sic animatum rege-
exercitum uiderent, curant rem hostibus nuntiare.
Messeniis autem non timorem res, sed emulationẽ
mutuam dedit. Itaq; tantis animis concursum est,

uit raro unquam cruentius prelium fuerit / ad po-
stremum tamen victoria lacedemoniorum fuit .
Interiecto tempore tertium quoq; bellum messenii
reparauere : in cuius auxilium lacedemonii inter re-
liquos socios etiam athenienses adhibuere : quorum
fidem cum suspectam haberent / superuacaneos si-
mulantes a bello eosdem dimiserunt . hanc rem /
athenienses grauiter ferentes pecuniam / que erat
in stipendium persici belli ab uniuersa grecia collata
a delo athenas transferunt : ne deficientibus a fide so-
cietatis lacedemoniis prede ac rapine esset . Sed ne
lacedemonii quieuere / qui cum messeniorum bello
occupati essent . peloponnenses immisere / qui bellū
atheniensibus facerent . parua tunc temporis classe
in egyptum missa uires atheniensibus erant . Itaq; ma-
iori prelio dimicantes facile superantur . Interiecto
deinde tempore post reditum sociorum aucti & clas-
sis & militum robore prelium reparant . Iam & lace-
demonii omnibus messeniis aduersus athenienses ar-
ma uerterant : diu uaria victoria fuit / ad postremū
equo marte utrunq; discessum . Inde reuocati lacede-
monii ad messeniorum bellum nec in medium tempus t
atheniensibus ociosum relinquerent : cum thebanis
pacisc̄untur / ut boetiorum imperium his restitueret̄
quod temporibus belli persici amiserant : ut illi athe-
nienſium bella susciperent . Tantus furor spartha no
rum erat / ut duobus bellis impliciti susciperę tertiū
non recusarent : dum modo inimicis suis hostes acq-
rerent . Igitur athenienses aduersus tantam tempe-

ſtatem belli duoſ duceſ deligunt pericleſ ſpectate uirtutiſ uirum: & ſophocleſ ſcriptorem tragediarum / qui diuiſo exercitu & ſparthanorum agroſ uaſtauerunt: & multaſ achaie ciuitateſ athenienſium imperio adiecerunt. his maliſ fracti lacedemonii in annoſ triginta pepigerunt pacem: ſed tam longum ocium in amicitie non tulerunt. Itaq; intra quindecim annoſ rupto federe cum contemptu deorum hominumq; fineſ atticoſ populantur: & ne predam priuſq; pugnam expetiſſe uiderentur hoſteſ ad prelium uocant. Sed athenienſeſ conſilio pericliſ ducis populationiſ iniuriam differunt in tempuſ ultionis. ſuperuacuam pugnam exiſtimanteſ cum uleiſci hoſtem ſine periculo poſſent. Dein interiectiſ diebuſ nauеſ conſcendunt & nichil ſentientibuſ lacedemoniiſ notam ſpartham depredantur multoq; plura auferunt quam amiſerant: prorſuſ ut in comparatione damnorum longe pluriſ fuerit ultio q̃ iniuria. Clara quidem hec periclíſ expeditio habita: ſed multo clarior priuati patrimonii contemptuſ fuit. huiuſ agroſ in populatione ceterorū intactoſ hoſteſ reliquerant: ſperanteſ acquirere ſe illi poſſe aut periculum ex inuidia: aut ex ſuſpictione proditionis infamiam: quod ante proſpicienſ pericleſ & futurum populo predixerat & ad inuidie impetum declinandum agroſ ipſoſ dono rei. p. dederat: atq; ita unde periculum queſitum fuerat / ibi maximam gloriam inuenit. Poſt hec interiectiſ diebuſ nauali prelio dimicatum eſt:

uicti lacedemonii fugerunt: nec cessatum deinceps
est: quin aut terra aut mari preliorum fortuna in-
uicem se trucidarent. Demq; fessi tot malis pacem
in annos quinquaginta fecere: quam non nisi sex
annis seruauerunt. Nam induciae: quas proprio
nomine condixerant: ex sociorum persona rum-
pebant: quippe quasi minus periurii contraherent
si ferentes sociis auxilia potius q̄ aperto prelio dimi-
cassent. Hinc bellum in siciliam translatum: quod
priusq; quā exponam de sicilie situ pauca dicenda sunt.

4 Siciliam ferunt angustis quondam faucibꝫ
italie adhesisse: dreptamq; uelut ā corpore
maiore impetu superi maris: quod toto
undarum onere illuc uehitur. Est autem
terra ipsa tenuis ac fragilis & cauernis quibusdam
fistulisq; ita penetrabilis: ut uentorum tota ferme
flatibus pateat nec non & ignibus generandis nu-
triendisq; soli ipsius naturalis materia. quippe in-
trinsecus ingens stratum sulphure & bitumine
traditur. que res facit ut spiritum cum igne inter
interiora luctantem frequenter: & in plurimis lo-
cis nunc flammas: nunc uapores: nunc fumum
eructet. Inde demq; ethne montis per tot secula
durat incendium: & ubi acrior per spiramenta ca-
uernarum uentus incubuit: harenarum montes
egeruntur. Proximum italie promontorium regiū
dicitur. Ignitur quia grece abrupta hoc nomine pro-
nuntiatur. Nec mirum si fabola est loci huius antiquas

in quem ref tot coiere mire: primum quod nuſq;
aliaſ torrenſ fretum: nec ſolum cuato impetu, uerū
etiam ſeuore: neq; experientibuſ modo terribile:
uerum etiam procul uiſentibuſ. Vndarum porro
in ſe concurrentium tanta pugna eſt: ut aliaſ ueluti
terga dantes uerticibuſ unum deſidere: aliaſ quaſi
uictrices ſublime ferri uideaſ: nunc hinc fremitū
feruentis eſtuſ: nunc illinc gemitum in uoraginem
deſidentis exandiaſ. Accedunt uicini & perpetui
ethne montiſ ignes: & inſularum eolidum ueluti
in ipſis undis alatur incendium. Neq; enim itam
anguſtis terminis aliter durare tot ſeculis tantuſ ig
potuiſſet: niſi & humoriſ nutrimentis aleretur.
hinc igitur fabule ſcyllam & caribdim reperere:
hinc latratuſ auditur: hinc monſtri credita ſimula
cra dum nauigantes magnis uerticibuſ pelagi deſi-
dentis exterriti latrare putant undaſ: quaſ ſorbentis
eſtuſ uorago collidit: eadem cauſa etiam ethne mon-
tiſ perpetuos ignes facit. Nam aquarum ille concurſ
raptum ſecum ſpiritum in imum fundum trahit:
atq; ibi ſuffocatum tam diu tenet donec per ſpiramēta
terre diffuſius nutrimenta ignis incendat. Nam ipſa
italie ſicilieq; uicinitas: iam promuntorium altitu-
do ipſa ita ſimiliſ eſt: ut quantum nunc admiratiōiſ:
tantum antiquis terroriſ dederit credentibuſ euntib⁹
in ſe promuntoriis: ac rurſum diſcedentibuſ ſolida
intercipi aſſummiq; naugia. Neq; hoc ab antiquis
in dulcedinem fabule compoſitum: ſed metu &
admiratione tranſeuntium. Ea eſt enim procul

inſpicientibuſ natura loci: ut ſinum mariſ non tran-
ſitum putes: quo cum acceſſeriſ diſcedere ac ſeiũgi
promuntoria que antea iuncta fuerant: arbitrare.
Sicilie primo materie trinacrie nomen fuit: poſtea
ſicania cognominata eſt. hec a principio patria ciclo-
pum fuit: quibuſ extinctis cocaluſ regnum inſule
occupauit. Poſtquam ſingule ciuitateſ in tirannorũ
imperium conceſſerunt quorum nulla terra feracior
fuit. horum ꝙ enumero anaxilauſ iuſtitia cum
ceterorum crudelitate certabat: cuiuſ moderatio
haud mediocrem fructum tulit: quippe decedens
cum filioſ paruuloſ reliquiſſet: tutelamq; eorum me-
calo ſpectate fidei ſeruo commiſiſſet: tantuſ amor
memorie eiuſ apud omneſ fuit: ut parere ſeruo q̃
deſerere regiſ filioſ mallent. principeſq; ciuitatiſ
obliti dignitatiſ ſue regni maieſtatem adminiſtrari
per ſeruum paterentur. Imperium ſicilie etiam car-
thaginenſeſ temptauere: diuq; uaria victoria cum
tirannis dimicatum: ad poſtremum amiſſo hamil-
care imperatore cum exercitu aliquantiſper quieuẽ
uicti. Medio tempore cum regni diſcordia labora-
rent: ciuitaſq; per diſſenſionem diuiſa in duaſ ptes
eſſet: ueteres ab altera parte abhinc in auxi-
lium uocati: pulſiſ ciuitate contra quoſ implorati
fuerant: & mox ceſiſ quibuſ tulerant auxilium:
urbem cum coniugibuſ & liberiſ ſociorum occupa-
uere auſi facinuſ nulli tiranno comparandum. quip-
pe ut regniſ meliuſ fuerit uinci q̃ uincere. Nam
ſiue uictoribuſ captiuitatiſ iure ſeruiſſent: ſiue

amissa patria exulare necesse habuissent: non
tamen inter aras & patrios lares trucidati crudelis-
simus tirannus patriam cum coniugibus ac liberis pre-
dam reliquissent. carthaginenses quoq; cum siracu-
sanos graues paterentur diffisi uiribus suis auxiliū
ab athenensibus petiuere: qui seu studio maioris
imperii: quod asiam greciamq; penitus occupaue-
rant: seu metu facte pridem a siracusanis classis
ne lacedemonii is ille uires accederent: lampomum
ducem cum classe in siciliam misere: ut sub specie
ferendi carthaginensibus auxilii temptarent sicilie
imperium. & quoniam prima initia frequenter
celsis hostibus prospera fuerant: maiore denuo clas-
se & robustiore exercitu lachete & cariade ducib⁹
siciliam petiuere. Sed cathenenses siue metu athe-
nensium: siue tedio belli pacem cum siracusanis:
remissis athenensium auxiliis fecerunt. Interiec-
to deinde tempore cum fides pacis a siracusanis nō
seruaretur: denuo legatos athenas mittunt: qui
sordida ueste capillo barbaq; promissis & omni squa-
lore habitu ad misericordiam commouendam ac-
quisito contionem deformes adeunt: addunt⁹
precibus lachrime & ita misericordem populum sup-
plices mouent: ut damnarentur duces qui ab
his auxilia deduxerant. Soluit classis ingens decer-
nitur: creantur duces nicias & Alcibiades & lama-
chus tantisq; uiribus sicilia repetitur: ut ipsis ter-
rori essent: in quorum auxilia mittebantur. Bre-
ui post tempore reuocato ad reatum alcibiade duo

prelia pedestria secunda naual & lamachus faci
unt. Munitionibus deinde circumdatus hostes er
manus marinis commeatibus in urbe clausos inter
cludunt. Quibus rebus fracti siculam auxiliu
a lacedemoniis petuerunt. Abhis mutuor ovipp
solus: sed in quo unstar omnium auxiliorum erat.
Is audito genere belli iam inclinato statu auxiliis
partim in grecia / partim in sicilia contractis: opor
tuna belli loca occupat. Duobus deinde prelijs uic
congressus tertio occiso lamacho & hoste in fugam
compulit: & socios obsidione liberauit. Sed cum
athenienses a bello terrestri in nauale se transtulis
sent / gylippus classem a lacedemone cum auxi
liis accersit / quo cognito & ipsi athenienses in
locum amissi ducis demosthenem & eurymedon
cum supplemento copiarum mittunt. Peloponne
ses quoq; communi ciuitatum decreto ingentia
siracusanis auxilia mittere / & quasi grecie bellum
in siciliam translatum esset / ita ex utraq; parte
summis uiribus dimicabatur. Prima igitur con
gressione nauali certamine athenienses uincunt.
Castra quoq; cum omni publica ac priuata pecu
nia amittunt. Super hec mala cum etiam terrestri
prelio uicti essent / tunc Demosthenes censere cepit /
ut abirent sicilia dum res quamuis afflicte non
dum tamen perdite forent / neq; in bello male auspi
cato amplius perseuerandum esse. Dum graniora
& forsitan infeliciora bella esse / in qua re seruare
hos urbis apparatus oporteat. Micias seu pudore

male acte rei / seu metu destitute spei animum seu
impellente fato manere contendit. Reparatur igit̃
nauale bellum & a'numa prioris fortune procella
ad spem certaminis reuocantur. Sed insana ducum
que inter angustias maris tuentes se siracusanos ag-
gressi facile ũincuntur. Eurilochus dux in prima
acie fortissime dimicans primus cadit. Triginta
naues / quibus prefuerat / incenduntur. Demosthe-
nes & hermocras & ipsi iuncti exercitum interram de-
ponunt / tutiorem fugam ratu inmere terrestri.
Ab his relictas centum triginta naues gylippus in-
uasit / ipsos deinde insequuntur fugientes / partim
capit / cedit partim. Demosthenes amisso exercitu
a' captiuitate gladio & uoluntaria morte se uindi-
cat. Hicias autem ne Demosthenis exemplo / ut
sibi consuleret admonitus clarissimum suorum auxit
dedecore captiuitatis.

DVm athenienses in siciliam bellum perbien-
nium cupidus q̃ felicius gerunt / interfi
concitator & dux eius Alcibiades absens
athenis insimulatur misteria ceterorum in-
tiorum sacra nullo magis q̃ silentio solemnia
enumnauisse / reuocatusq; a' bello ad iudicium
siue conscientiam / siue indignitatem ni non fe-
rens tacitus in exilium eiudem profectus est. Inde
ubi non damnatum se tantum / uerum etiam
diris per omnium sacerdotum religiones deuotũ
cognouit / lacedemona se contulit / ubiq; regem

lacedemoniorum impellit turbatis athenienſibus
aduerſo ſicilie prelio ultro bellum inferre. Quo
facto omnia grecie regna uel ad extinguendum
commune incendium concurrunt. Tantumodū
athenienſes immoderati imperii crudelitate con-
traxerant. Darius quoq; rex perſarum memor pa-
terni antiq; in hanc urbem odii facta cum lacede-
moniis per tiſaphernen prefectum lidie ſocietate
omnem ſumptum belli pollicetur. & erat hic quid
titulus cum grecis coeundi, re autem uera timebat
ne uictis athenienſibus ad ſe lacedemonii arma trā-
ferrent. Quis igitur miretur tam florentes athenē-
ſium opes ruiſſe, cum ad opprimendam unam ur-
bem totius orientis ures concurrent, non tamen
inerti neq; incruento cecidere bello, ſed preliati
ad ultimum uictores etiam interdum conſumpti
magis fortune uarietate q̄ uicti ſunt. Principio belli
omnes ab his etiam ſocii deſciuerant, ut fit quo ſe
fortuna, eodem etiam fauor hominum inclinat.
Alcibiades quoq; motus aduerſus patriam bellum
non gregarii militis opera, ſed imperatoris uirtu-
tibus adiuuabat. quippe acceptis quinq; nauibus
in aſiam contendit, & tributarias athenienſium
ciuitates auctoritate nominis ſui ad defectionem
compellit. Sciebant enim eum domi clarum, in
exilio uidebant factum minorem, nec tam ablatū
athenienſibus ducem, quā lacedemoniis traditū
partaq; cum amiſſis imperia penſarent. Sed apd
lacedemonios uirtus Alcibiadis plus in die q̄ grate

contraxit. Itaq; cum principes uelut emulum glo-
rie sue interficiendum insidijs mandassent cognita
re Alcibiades per uxorem angidis regis/quam adul-
terio cognouerat: ad tisaferien regis Darij prefecti
profugit/cui se celeriter officij comitate & obseqn-
di gratia insinuauit. Erat enim & etatis flore &
forme uenerationē: nec minus eloquentia etiam
inter athenienses insignis/sed in conciliandis ami-
citarum studijs/quam in retinendis utr melior/q̄
morum uitia sub umbra eloquentie primo latebāt.
Igitur persuadet tisaferni/ne tanta stipendia classi
lacedemoniorum preberet/uocandos enim in por-
tionem muneris ionios/quorum pro libertate eū
tributa athenienssibus penderent/bellum suscepti
sit. Sed nec auxilijs nimis enixe lacedemonios
iuuandos/quippe memorem esse debere alienam
se uictoriam non suam instruere/& eatenus bellū
substinendum ne opia deseratur. Nam regem
persarum deficientibus grecis arbitrium pacis ac
belli fore/& quos suis non possit ipsorum armis
uicturum perfecto autem bello statim ei cum uc̄
victoribus dimicandum. Domesticis itaq; bellis gre-
ciam obtererendum/ne externis uacet/exequen-
dasq; iures partium & inferiores auxilio leuādos
non enim quieturos post hanc uictoriam spartha-
nos/quia uindices se libertatis grecie professi sint.
Grata oratio tisaferni fuit/atq; commeatus mali-
gne prebere/classem regiam non totam mittere
ne aut uictoriam daret aut necessitatem deponēdi

belli imponeret. Interea Alcibiades hanc operam
ciuibus uendicabat. ad quem tum legati athenien-
sium uenissent pollicetur his amicitiam regis. si
res a populo translata ad senatum foret. speran-
ut aut concordante ciuitate dux belli ab omni-
bus legeretur. aut discordia inter ordines facta
ab altera parte in auxilium uocaretur. Sed ath-
nuensibus imminente periculo belli maior salu-
q dignitatis cura fuit. Itaq. permittente populo
imperium ad senatum transfertur. qui cum
insita genti superbia crudeliter in plebem consule-
ret. singulis tirannidis sibi potentiam uindican-
bus ab exercitu Alcibiades exul reuocatur. duxq.
classi constituitur. Statimq. igitur athenas mittit
ex continenti se cum exercitu uenturum rece-
pturumq. a quadringentis iura populi. ni ipsi red-
derent. hac denuntiatione optimates territi
primo urbem prodere lacedemoniis temptauere.
dein cum id nequissent in exilium profecti sunt.
fortur Alcibiades in testino malo patria liberata
summa cura classem instituit. atq. ita in bellum
aduersus lacedemonios pergit. Iam zestrommeda-
rus & parnabazus lacedemoniorum duces instruc-
tis nauibus expectabant. prelio commisso uictoria
penes athenienses fuit. in eo bello maior pars exer-
citus & omnes ferme hostium duces cesi nauesq. oc-
tuaginta capte. Interfectis quoq. ducibus cum bel-
lum lacedemonii a mari in terram transtulissent
iterato uincuntur. his malis tracti pacem petiere.

quam ne acciperent opera eorum effectum est. Et
quibus ea res questum prestabat. Interea & syracu-
sanorum auxilia illatum a carthaginensibus sicilie
bellum domum reuocauit. quibus rebus destitutis
lacedemoniis Alcibiades cum classe victrici asiam
uastat. multis locis prelia faciat. ubiq; victor recipit
ciuitates. que defecerant. non nullas capit. & ad
imperio athenensium adicit. atq; ita prisca nava-
li gloria uindicata. adiecta etiam laude terrestris
belli desideratus ciuibus suis athenas reuertitur.
his omnibus preliis ducente naues hostium & preda
ingens capta. Ad hunc redeuntis exercitus triumph-
him effusa omnis multitudo obuiam procedit.
& uniuersos quidem milites precipue tamen Alci-
biadem mirantur. In hunc oculos ciuitas uniuersa
& ora conuertit. hunc quasi de celo missum & uelut
ipsam uictoriam contuetur. laudantq; pro patria.
nec minus admirantur. que exul contra gesserit
excusantes ipsum iratum prouocatumq; fecisse.
Enim uero tantum in imo uno fuisse momenti ut
maxima imperii subuersi & rursum recepti auctor
esset. & unde stetisset eo se uictoria transferret. fie-
retq; cum eo mira quedam fortune inclinatio. Igit̃
omnibus non humanis tantum uerum etiam diui-
nis cum honoribus honorant. certant secum ipsi utrũ
contumeliosius cum expulerint. an reuocauerint
honoratius. ipsos illi deos gratulantes tulere obuiã
quorum execrationibus erat deuotus. Et cui pau-
lo ante humanam opem interdixerant. cum si

queant in celo posuisse cupiunt. Explent contume
lias honoribus / detrimenta muneribus / execrationes
precibus / non sicilie illis aduersa pugna in ore est:
sed grecie victoria: non classes per illum amissas
sed acquisite / nec siracusarum / sed rome helles pontiq;
memmerunt. Sic Alcibiades nunquam mediocribus
nec in offensam: nec in fauorem studiis suorum ex
ceptus est. Dum hec aguntur & a lacedemoniis lisā
der / classi belloq; preficitur & in locum tisafernis
Darius rex persarum filium suum cyrum rome iu
dicioq; preposuit: qui lacedemonios auxilii is opibusq;
ad spem fortune prioris erexit. Auctis igitur animis
Alcibiadem cum centum nauibus in asiam profectū
dum agros longa pace diuites securus populatur &
prede dulcedine sine insidiarum metu sparsos in
tentes haberet repentino aduentu oppressere tantaq;
cedes palantium fuit: ut plus uulneris eo prelio
athenienses acciperent / quā superioribus dederāt:
& tanta desperatio apud athenienses erat: ut ex
continenti Alcibiadem ducem commutarent ar
bitrantes se uictos non fortuna belli: sed fraude
imperatoris / apud quem plus prior offensa ualuis
set / quā recentia beneficia. Vicisse autem eum
priore bello / ideo tantum ut os tenderet hostibus /
quem ducem spreuissent: & ut carius ei ipsam
uictoriam uenderet / omnia enim credibilia in
Alcibiade uigor ingenii & morum luxuria facie
bat. Veritus itaq; multitudinis imperium / denuo
in uoluntarium exilium proficiscitur. Itaq; co

non Alcibiadi ſuffectus habet ante oculoſ / cui duci
ſucceſſiſſet claſſem maxima mduſtria excornat /
ſed nauibuſ exercituſ deerat fortiſſimiſ quibuſq;
in aſie populatione amiſſiſ armantur tamen ſeneſ
ac impuberes pueri & numeruſ militum ſine exer-
citui robore expletur / ſed non magnam bello mo-
ram etaſ fecit / imbelles autem cedunturr paſſim /
aut capiuntur fugientes / tantaq; ſtrages aut occi-
ſorum aut captiuorum fuit / ut athenienſium de-
letum non imperium tantum / uerum etiam nom
uideretur. Quo prelio perditiſ & deſperatiſ reb;
ad tantam inopiam redigiuntur / ut conſumpta
militari etate peregrinis ciuitatem / ſeruiſ liber-
tatem / damnatiſ impunitatem darent / eaq; col-
luuione hominum domum antea grecie conſer-
pto exercitu unx libertatem tuebantur. Iterum
tamen fortunam mariſ experiendam decerniunt /
tantaſ uirtuiſ animorum erat / ut cum paulo ante
ſalutem deſperauerint / nunc non deſperent uic-
toriam / ſed nequiſ miles erat / qui nomen athenie-
ſium tueretur / neq; he uires / quibuſ uincere con-
ſueuerant / neq; ea ſcientia militariſ in hiſ / quoſ
uincula non caſtra continuerunt / itaq; omneſ aut
capti aut occiſi. Cum dux conon eo prelio ſuper-
fuiſſet ſoluſ crudelitatem ciuium metuens cum
octo nauibuſ ad regem cyprium concedit. Euago-
raſ autem dux lacedemoniorum rebuſ feliciter
geſtiſ fortune hoſtium inſultat / captuaſ naues cū
preda bellica in triumphi modum ornataſ mittit

lacedemona ac tributarias athenienſium ciuitates/ quas metus dubie fortune in fide tenuerat: uoluntarias recepit/ nec aliud ditioni athemenſium ꝑter ipſam urbem relinquit. Que cuncta cum athenis nuntiata eſſent/ omnes relictis domibus per urbē diſcurrere pauidi: aliis alium ſciſcitari auctorē nunti requirere/ non pueros impudentia/ non ſenes debilitas/ non mulieres ſexus imbecillitas domi tenet/ adeo ad omnem etatem tanti mali ſenſus penetrauerat. In foro deinde coeunt: atq; ibi perpeti nocte fortunam publicam queſtibus iterant. Alii fratres aut filios aut parentes deflent/ cognatos alii: alii amicos cognatis canores/ & cum priuatis caſibus/ querelam publicam miſcent. Iam ſe ipſos/ iam ipſam patriam perituram miſeremq; incolumium/ quam amiſſorum fortunam iudicantes/ ſibi quiſq; ante oculos obſidionem famem/ & ſuperbum meſtoremq; hoſtem preponentes. Iam ruinam urbis & incendium/ iam omnium captiuitatem & miſerrimam ſeruitutem recordantes/ feliciores prorſus prioris urbis in his ruinas dicentes/ que incolumibus filiis parentibuſq; tectorum tantum ruina tecte ſint. Nunc autem non claſſe/ in quam ſicuti pridem confugiant/ ſupereſſe/ non exercitum/ cuius uirtute ac prope perdite urbi hoſtes ſuperuenium ſeruati pulchriora poſſent menia extruere. Sic deflete ac prope perdite urbi hoſtes ſuperuenium & obſidione circumdant obſeſſos fame urgent. Sciebant neq; ex aduectis

copiis multum superesse: & ne none aduehi possent
prouiderant. quibus malis athenienses fracti post
longam famem & assidua sociorum funera pacem pe-
tiuere, que an dari deberẽt, diu inter spartanos
sociosq; deliberatum est. cum multi delendum athe-
niensium nomen urbemq; incendio consumendam
censerent: negauerunt se spartam e duobus grecie
oculis alterum eruturos. pacem pollici si demissa
impetum uersus murri bracchia deicerent: naues q;
que reliquę forent: traderent: resq; p. ex se met
ipsis triginta rectores acciperet. In has leges tradita
sibi urbem lacedemonii formandam lisandro tradide-
runt. Insignis hic annus & expugnatione athena-
rum & morte darii regis persarum & exilio dionisii
sicilie tiranni fuit. Mutato statu athenarum etiam
ciuium conditio mutatur: triginta rectores ei rei. p.
constituuntur: qui sunt tyranni. quippe a principio
tria milia sibi satellitum statuunt: quantum ex tot
cladibus prope nec ciuium superfuerat: & quasi par-
uus hic ad contumendam ciuitatem exercitus esset se-
ptingentos milites auctoribus accipiunt. Cedes deñ
ciuium ab Alcibiade auspicantur: ne iterum rem. p.
sub obtentu liberationis inuaderet: quem cum profec-
tum ad artaxerxen persarum regem comperissent:
citato itinere miserunt: qui eum interciperent: a
quibus occupatus cum occidi a patre aperte non pos-
set unus in cubiculo: in quo dormiebat: crematus est.
Liberati huius ultionis metu tyranni miseras urbis
reliquias cedibus & rapinis exhauriunt: que cum

displicere uni exonumero suo pirameni dicicissent:
ipsum quoq; ad terrorem omnium interficiunt. Fit
igitur ex urbe passim omnium fuga: repleturq;
grecia athenensium exulibus: quod etiam ipsum
auxilium unicum miseris eripitur. Nam lacede
monorum edicto ciuitates exules recipere prohi
bebantur: omnes se argos & thebas contulere. Ibi
non solum tutum exilium egerunt: uerum etiam
spem recuperande patrie receperunt. Erat inter
exules thrasibulus uir strenuus: & domi nobilis q
audendum aliquid pro patria & pro salute com
muni etiam cum periculo ratus: adunatis exulib
castellum filen atticorum finium occupat. Nec
deerat quarumdam ciuitatum tam crudelis casus
miserantium fauor. Itaq; & bismenias thebanorum
princeps & si publicis non poterat: priuatis tamen
uiribus adiuuabat. Et lisias siracusanus orator exul
tunc quingentos milites stipendio suo instructos in
auxilium patrie communis eloquentie misit: sit utaq;
asperum prelium: sed cum hinc pro patria summis
uiribus: inde pro aliena dominatione securus pugne
tur: tiranni uincuntur: uicti in urbem refugerunt:
quam exhaustam cedibus suis etiam armis spoliant.
Deinde cum omnes athenienses proditionis suspectos
haberent: demigrare eos ex urbe iubent: & in brac
chiis muri: que diruta fuerant: habitare: extra
neis militibus imperium tuentes: post hec trasibulū
corrumpere imperii societatem pollicentes conant:
quod cum non contigisset: auxilia a lacedemoniis

petuere / quibus accitis iterato preliantur. In eo bel-
lo critias & hippolitus omnium tirannorum seuissim
cadunt / ceteris uictis cum exercitus eorum ex quib⁹
maior pars athenensium erat. fugeret / magna uoce
trasibolus exclamat / cur se uictorem fugiant pot⁹
q̄ ut unicem communis libertatis adiuuent / cuiū
illam memmerint aciem non hostium esse / nec se ideo
arma cepisse / ut aliqua uictis admant / sed ut adēpta
restituat / triginta se dominis non ciuitati bellum in-
ferre admonet. Deinde cognationis / legum / sacrorū
communium uetusti per tot bella commilitū orat /
ut misereantur exulum ciuium / si tam patienter
ipsi seruiant / reddant sibi patriam / accipiant liber-
tatem. his uocibus tantum promotum est / ut reūs
in urbem exercitus triginta tirannos emigrare eleu-
sinam uiberet substituitis decem / qui rem p. regerēt /
qui nichil exemplo prioris dominationis territi ean-
dem iuuam crudelitatis aggressi sunt. Dum hec agūt
nuntiatur lacedemonie in bellum athenienses exar-
sisse / ad comprimendum pausanias rex mittitur /
qui misericordia exulis populi permotus patriam
miseris ciuibus restituit / & decem tirannos ex urbe
eleusinam migrare ad ceteros iubet. Quibus rebus cū
pax statuta esset / interiectis diebus repente tirāni
non minus restitutos exules / quā se in exilium
actos indignantur / quasi uero aliena libertas sua
seruitus esset & bellum athenensibus inferunt. Sed
ad colloquium ueluti dominationem recepturi pro-
gressi per insidias comprehensi / ut pacis uictime

trucidantur. Populus quem emigrare iusserant
in urbem reuocatur atq; ita per multa membra
ciuitas diuisa in unum tandem corpus redigitur.
& nequa dissensio exanteactis nasceretur omnes
ciuremando obstringuntur discordiarum obli-
uionem fore. Interea thebani corinthiiq; legatos
ad lacedemonios mittunt qui exmanubiis por-
tionem prede communis belli periculiq; peterēt.
Quibus negatis non quidem aperte bellum aduersꝰ
lacedemonios decernunt. sed tacitis animis tantā
ram concipiunt ut subesse bellum intelligi posset.
Eodem fere tempore Darius rex persarum moritꝫ
Artaxerxe & cyro filiis relictis. regnum Artaxer-
xi cyro ciuitates quarum prefectus erat testamē-
to legauit. Sed cyro iudicium patris iniuria iude-
batur. itaq; occulte aduersus fratrem bellum para-
bat. quod cum nuntiatum Artaxerxi esset. ac-
cersitum ad se fratrem & innocentiam dissimula-
tione belli simulantem. compedibus aureis uīxit
interfecisset q; mater prohibuisset. Dimissus igitꝫ
cyrus iam non occulte bellum. sed palam. nec per
dissimulationem. sed aperta professione parare
cepit. auxilia undiq; contrahit. Lacedemonii me-
mores athenensi bello enixe eius opera admotos. ue-
lut ignorantes contra quem bellum pararetur. de-
cernunt auxilia cyro mittenda. ubi res eius excep-
set querentes apud cyrum gratiam. & apud Arta-
xerxen si uicisset ueniē patrocinia. cum nichil
aduersus eum aperte decreuissent. Sed cum ī bello

forſ prelu utrumq; fratrem pugne obtuliſſet prior
Artaxerxeſ a fratre uulneratur: quem cum equi
fuga periculo ſubtraxiſſet: Cyruſ a cohorte regia
oppreſſuſ interficitur. Sic uictor Artaxerxeſ &
preda fraterni belli & exercitu potitur. In eo prelio
decem mlia grecorum in auxilio cyri fuere: que
& in cornu: in quo ſteterant uicerunt: & poſt mor-
tem cyri neq; armiſ a tanto exercitu uinci neq; do-
lo capi potuerunt: reuertenteſq; inter tot indomi-
taſ nationeſ & barbaraſ genteſ: per tanta itineriſ
ſpatia uirtute ſe uſq; termmoſ patrie defēderunt.

6.

Lacedemonii more ingenij; humani quo plu-
ra habent: eo ampliora cupienteſ non con-
tenti acceſſione athenienſium opum uireſ
ſibi duplicataſ: totiuſ aſie imperium affecta
re ceperunt: ſed maior parſ ſub regno perſarum
erat. Itaq; herculideſ dux in hanc miliriam electuſ,
cum uideret ſibi aduerſuſ duoſ prefectoſ Artaxerxiſ
regiſ pharnabaſum & tiſafernen maximarum gen-
tium urribuſ ſuccinctoſ dimicandum: pacificare cū
altero ſtatuit: aptior uiſui tiſaferneſ uir & induſtria
potior & militibuſ cyri quondam regiſ inſtructior
in colloquium uocatur & ſtatutiſ conditionibuſ ab ar-
miſ dimittitur. hanc rem farnabaſuſ apud communē
regem criminatur: ut lacedemonioſ aſiam ingreſſoſ
non repulerit armiſ: ſed impenſiſ regiiſ aluerit:
mercetiurq; ab hiſ: ut differant bella, que gerant
tanquam non aduniuſ ſummam imperii dignitatem

determentum omne perueniat. Indignum aut bella
non perfici: sed redimi hostem pretio: non armis sub
moueri. his uocibus regem tisaferni alienatum hor-
tatur: ut in locum eius nauali belli ducem eligat conō
atheniensium: qui amissa bello patria cypri exulabat.
Quippe atheniensibus & si fracte sint opes manere
tamen nauale usum: nec si eligendus sit ex uniuer-
sis meliorem alium esse. Acceptis igitur quingentis
talentis iussus est conon classi preficere. his cognitis
lacedemonii & ipsi a rege egipti heresuona auxi-
lium nauali belli per legatos petunt: a quo centū
triremes & sexaginta milia modiorum frumenti
missa a ceteris quoq; sociis ingentia auxilia contrac-
ta sunt. Sed tanto exercitu & contra tantum ducem
deerat dignus imperator. Itaq; postulantibus socii
agesilaum ducem regem tunc lacedemoniorum pro-
pter responsa oraculi delphici petuerunt: diu lacede-
monii an eum summe rei preponerent: delibera-
uerunt: quibus futurus imperii finis demmuabat
cum regum claudicasset imperium. Erat enim pe-
de claudus. Ad postremum statuerunt melius esse
incessu regem q̄ imperio regnum claudicare: post q̄
agesilaum cum ingentibus copiis in asiam misere:
non facile dixerim quod aliud par ducum tam bene
comparatum fuerit. Quippe etas: uirtus: consilium
sapientia: utriq; prope una gloria quoq; rerum ge-
starum eadem: quibus cum patria omnia fortuna
dederit: inuictum tamen ab altero utrumq; seruauit.
Magnus igitur amborum apparatus belli: magne res

geste fuerunt. Sed Cononem seditio militum inua-
dit: quos prefecti regis fraudare stipendio solitu erāt
eo instantius debita poscentibus: quo grauiorem sub
magno duce militiam presummebant. Itaq; Conon
diu rege per epistolas frustra fatigato: ad postremum
ipse ad eum pergit. a cuius aspectu & colloquio pro-
hibitus est: quod eum more persarum adorare nollet.
Agit tamen cum eo per interpretes & queritur
opulentissimi regis bella inopia dilabi: & qui exerci-
tum parem hostibus habeat pecunia uinci qua pstet
inferioremq; eum ea parte uirtum inueniri: qua
longe superior sit: postulat dari sibi ministrum
impense: quia pluribus id mandari permitiosum sit.
Dato stipendio ad classem remittitur: nec moram agen-
dis rebus facit. Multa fortiter: multa feliciter agit
agros hostiles uastat: urbes expugnat: & quasi tem-
pestas quedam cuncta prosternit. Quibus rebus ter-
riti lacedemonii ad patrie subsidium reuocandum
ab asia agesilaum decernunt. Interim lisander ab
agesilao proficiscente dux patrie relictus ingentem
classem summis uirtutibus instruit: fortunam belli
temptaturus: nec non & conon tunc primum cū
exercitu concursurus magna cura suos ordinat.
Summa igitur non ducum tantum in eo prelio quā
uulgi emulatio fuit. Nam & ipse dux conon non
tam pro se q; patrie studebat: & sicuti afflictis athe-
niensium rebus auctor amisse dominationis fuerat:
sic uolebat idem haberi reddite: patriamq; uno cōdo
recipere: quam uectus amiserat: eo spetiosius: quod

ne ipſorum quidem athenienſium: ſed alienī p̄lii
uiribuſ dimicet pugnaturuſ periculo regis: uictur?
premio patrie gloriamq; diuerſis artibuſ plus q̄ pro-
res ſue ciuitatis duces conſecuturus: quippe illos uin-
cendo perſas patriam defendiſſe ſe perſas uictores
faciendo reſtituturum patriam eſſe. Porro pſād?
preter conuenchonem agiſilai etiam uirtutum emu-
lator erat: contendebatq; ne á rebuſ geſtis eius &
glorie ſplendore decederet: neu tot belliſ ac secu-
liſ queſitum imperium breuiſſimi momenti culpa
ſubuerteret. Eadem militum & omnium regum
cura erat: quoſ maior ſollicitudo cruciabat: non
tam ne ipſi queſitas opes amitterent: quam ne pri-
ſtinas athenienſes reciperent. Sed quanto maius pre-
lium fuit: tanto & clarior uictoria cononis. Victi
lacedemonii fugam capeſſerunt: preſidia hoſtium
athenis deducuntur populo reſtituta dignitate con-
ditio ſeruilis eripitur: multe quoq; ciuitates reci-
piuntur. hoc initium athenienſibuſ reſummende
potentie & lacedemoniis habende finis fuit. Hāq;
ueluti cum imperio etiam uirtutem perdidiſſent
contemni á finitimis cepere. Primi igitur thebani
auxiliantibuſ athenienſibuſ bellum his intulere:
que ciuitas ex finitimis incrementis uirtute epa-
minode ducis ad ſpem imperii erecta eſt: fit itaq;
terreſtre prelium eadem lacedemoniorum for-
tuna qua pugnatum aduerſus conon natali p̄lio
fuerat. In eo prelio liſander: quo duce athenien-
ſes uicti á lacedemoniis fuerant: interficitur:

Pausanias quoq; alter dux lacedemoniorum prodi-
tionis accusatus in exilium abiit. Igitur thebani
potiti victoria uniuersum exercitum ad urbem
lacedemoniorum ducunt: facilem expugnationē
rati quoniam deserti ab omnibus sociis erant/quod
metuentes lacedemonii regem suum agesilaum ex
asia/qui ibi magnas res gerebat ad defensionem pa-
trie accersunt. occiso enim lysandro nullius alteri
fiduciam ducis habebant/cuius quoniam seruus aduē-
tus erat/conscripto exercitu obuiam hosti procedūt.
Sed victis aduersus paulo ante victores/nec animo
neq; uires pares fuere. Prima igitur congressione
funduntur deletis iam suorum copiis superuenit
rex agesilaus/qui restituto prelio non difficulter
recenti ex multis expeditionibus indurato milite
hostibus victoriam eripuit/ipse tamen grauiter san-
ciatur. Quibus rebus cognitis athenienses uerentes ne
iterum lacedemoniis victoribus in pristinam sortem
seruitutis redigerentur/exercitum contrahunt/
eumq; in auxilium boetiorum perducunt/quinti
quidem annos natu/sed magne indolis iuuenē
duci iubent. huius adolescentis supra etatem uirtus
admirabilis fuit/nec unquam ante eum athenien-
ses inter tot tantosq; duces aut spei maioris/aut in-
dolis maturioris imperatorem habuerunt/in quo
non imperatorie tantum/uerum & oratorie artes
fuere. Conon quoq; audito reditu agesilai & ipse
ex asia ad depopulandos lacedemoniorum agros
reuertitur/atq; ita undiq; belli formidine circū-

ſtrepente clauſi ſparthani ad ſummam deſperatio-
nem rediguntur. Sed conon uaſtatis hoſtium terris
athenas pergit: ubi magno ciuium gaudio exceptus
pluſ tamen triſtitie ipſe ex incenſa & diruta a lacede-
moniis patria: q̃ letitie ex recuperata poſt tantum
temporis cepit. Itaq; que incenſa fuerant predarũ
ſumptu & exercitu perſarum reſtituit que diru-
ta fuerant: reficit. Fatum illud athenarum fuit:
ut ante a perſis crematę manibus eorum & nunc
a lacedemoniis dirute ex ſpoliis lacedemoniorũ
reſtituerentur: uerſaq; uice nunc haberent ſocios
quos tunc hoſtes habuerant: & hoſtes nunc pateret
cum quibus uum&ti tunc cariſſimis ſocietatis uin-
culis fuerant. Dum hec agunturr Artaxerxes rex
perſarum legatos in greciam mittit per quos iubet
omnes abarmis diſcedere qui aliter feciſſet eum ſe
pro hoſte habiturum ciuitatibus libertatem ſuaq;
omnia reſtituit quod non greci laboribus aſſiduiſq;
bellorum inter ſe odiis conſulens fecit. ſed ne
occupato ſibi egiptio bello quod propter auxilia
aduerſus prefectos ſuos lacedemoniis miſſa ſuſcepe-
rat exercitus ſui in grecia detinerentur feſſi igit
tot belli greci cupide paruere. his armis non eo
tantum inſignis fuit quod repente pax tota gre-
cia facta eſt: ſed etiam eo quod eodem tempore
urbs romana a gallis capta eſt. Sed lacedemonii
ſecuris inſidiantes abſentium archadum ſpeculan
caſtellum eorum expugnant: occupatoq; preſi-
dium imponunt. Itaq; armato inſtructoq; exer-

cutu archades adhibitus in auxilium thebanis amissa
bello repetunt. In eo prelio archadamus dux lace-
demoniorum vulneratur / qui cum cedi suos iam
ut victos videret per preconem corpora interfecto-
rum ad sepulturam poscit. Hoc est enim signum
apud grecos victorie tradite / qua confessione contē
thebani signum parcendi dedere / post paucis diebꝫ
neutris quicquam hostile facientibus cum quasi cō-
sensu indutie essent: lacedemoniis alia bella ad-
versus finitimos gerentibus thebani epaminunda
duce occupande urbis eorum spem ceperunt. Igit̄
principio noctis taciti lacedemona proficiscuntur
non tamen aggredi incautos potuerunt. Quippe
senes & cetera imbellis etas cum aduentum hostiū
presensissent in ipsis portarum angustiis armati
excurrunt & aduersus .xv. milia militum non
amplius centum effecte etatis viri pugne se offe-
runt / tantum animorum virumq; patrie & pe-
natium conspectus submministrat: tantoq; presentia
q; recordatione sui maiores spiritus largiuntur.
Nam ut viderent inter que & pro quibus starēt
aut vincendum sibi aut moriendum censuerūt.
Pauci igitur substinuere senes aciem / cui parante
dies universa iuuentus esse non potuit. In eo prelio
duo duces hostium cecidere / cum igitur agesilaꝰ
aduentu nuntiato thebani recessere: nec bellum
diu dilatum. Siquidem iuuentus sparthanorum
senum virtute & gloria uincenda teneri non potuit
quin ex continenti acie decerneret / cum victoria

thebanorum esset . epaminundas dum non ducis
tantum / verum etiam fortissimi militis officio fū-
gitur, grauiter vulneratur . quo audito & hīs ex
dolore metus & illis ex gaudio stupor incitur
atq; ita ex placito consensu a prelio discedit
Post paucos deinde dies / epaminunda decedit / cū
quo vires quoq; rei p. cecidere
. Nam sicuti
telo si primam aciem prefregeris reliquo ferro
vim nocendi sustuleris : sic illo velut mucrone
teli ablato duce thebanorum rei p. vires ebet
e
sunt : ut non tam illum amisisse / quā cum illo +
interisse omnes viderentur . Nam neq; hunc
an te ducem vllum memorabile bellum gessere /
nec postea virtutibus / sed cladibus insignes fuē
ut manifestum sit patrie gloriam & natam &
extinctam cum eo fuisse / fuit autem incertum
vir melior an dux esset : nam & imperium nō
sibi semper : sed patrie acquisiuit & pecunie adeo
parcus fuit / ut sumptus funera defuerit / glorie
quoq; non cupidior q̄ pecunie / quippe recusanti
omnia imperia ingesta sunt / honoresq; ita gessit
ut ornatum non accipere : sed dare ipsi dignitati
videretur . Iam literarum studium / iam philo-
sophie doctrina tanta ut mirabile videretur
unde tam insignis militie scientia homini inter
literas nato : neq; ab hoc vite proposito mortis
ratio dissensit . Nam ut relatus in castra semiam-
mis vocem spiritumq; collegit id unum a circū
stantibus requisiuit : num cadenti sibi scutum

ademisset hostis: quod ut seriatim audiunt alla-
tumq; uelut laborum gloriaq; socium obsculatus
est. iterum quesiuit utri uicissent: ut audiuit
thebanos: bene habere se rem dixit: atq; ita uelut
gratulabundus patrie expirauit. huius morte
etiam athenensium uirtus interciderat. Siquidē
amisso cui emulari consueuerant: insolentiam
torporemq; resoluti: non solum in classem exer-
citus: sed in dies factos apparatusq; ludorum red-
ditus publicos effundunt & cum actoribus nobi-
lissimisq; poetis theatra celebrant: frequentius sce-
nam q̄ castra unsentes uersificatoresq; melioresq̄
duces laudantes. Tunc uectigal publicum: quo
ante militesq; & remigesq; alebantur: cum urbano
populo diuidi ceptum: quibus rebus effectum est
ut inter uitia grecorum sordidum & obscurum
antea macedonum nomen emergeret: & philippus
obses triennio thebis habitus epaminunde ac pe-
lopidarum uirtutibus eruditus regnum macedo-
nie grecie & asie ceruicibus uelut iugum serui-
tutis imponeret.

LAcedemona antea nomine amathionis re- 7.
gis: cuius prima uirtutis experimenta in
iidus locis extant: amathia cognominata
est: huius situm incrementa modica &
ita terminis perangusti fuere: populus pelasgi re-
gio boetia dicebatur: sed postea uirtute regum
& gentis industria subactis primo finitimis mox

populiſ nationibuſq; imperium uſq; extremoſ orien-
tiſ terminoſ prolatum. In regione peonia quę nē
eſt portio macedonie regnaſſe fertur telegonuſ pater
aſteropei: cuiuſ troiano bello inter clariſſimoſ uindi-
ceſ urbiſ nomen accepimuſ. Ex alio latere in euro-
pa regnum europuſ nomine tenuit: ſed & caranuſ
cum magna multitudine grecorum ſedeſ in macedo-
nia reſponſo oraculi uiſſuſ querere cum emathiam
uenuſſet urbem edeſſam non ſentientibuſ opidaniſ
propter umbrum & nebule magnitudinem gregē
caprarum imbrem fugientium ſecutuſ occupauit: re-
uocatuſq; in memoriam oraculi quo iuſſuſ erat du-
cibuſ capriſ imperium querere regni ſedem ſtatuit:
religioſeq; poſtea obſeruauit quocunq; agmen mo-
uerit ante ſigna eaſdem capraſ habere ceptorum
duceſ habiturus quaſ regni habuerat auctoreſ. Ur-
bem claſſem ob memoriam muneriſ egeaſ: populū
egeadaſ uocauit. Pulſo deinde eo minadamuſ quoq;
portionem macedonie tenuit: aliiſq; regibuſ pulſiſ
in locum omnium ſoluſ ſucceſſit. Primuſq; admani
gentibuſ uariorum populorum ueluti unum corp⁹
macedonie fecit: creſcentiq; regno ualida incremē-
torum fundamenta conſtituit: poſt hunc perdica
regnauit: cuiuſ & uita illuſtriſ & mortiſ poſtrema
ueluti ex oraculo precepta memorabilia fuere. Si
quidem ſeneſ morienſ argeo filio monſtrauit locum
quo conditi uellet: ubiq; non ſua tantum ſed & ſucce-
dentium ſibi in regnum oſſa pomi uſſit prefatuſ ubi
condite poſterorum reliquie forent: regnum in-

familia manſurum creduntq; hac ſupreſtitione ex
tinctam in alexandro ſtirpem / quia locum ſepulture
mutauerit. Argeus moderate & cum amore populi
adminiſtratio regno ſucceſſorem philippum filiū
reliquit / qui immatura morte raptus europum /
paruulum admodum inſtituit heredem / ſed ma
cedonibus aſſidua certamina cum thracibus & illi
riis fuere / quorum armis ueluti quotidiano exer
citio indurati / gloria bellice laudis finitimos terre
bant. Igitur illirii infantiam regis pupilli contem
nentes bello macedonas aggrediuntur / qui prelio
pulsi rege ſuo in cuius prolato & ante aciem poſito
acriuſ certamen repetiuere / tanquam ideo uicti an
tea fuiſſent / quod bellantibus ſibi regis ſui auſpicia
defuiſſent futuri uel propterea uictores / quod ſup
ſtitione animum uincendi ceperant / & miſeratio
eos infantis tenebat / quem ſi uicti forent captiuum
de rege facturi uidebantur. Conſerto itaq; prelio ma
gna cede illirios fudere / oſtenderuntq; hoſtibus ſuis
priore bello regem macedonibus non uirtutem de
fuiſſe. huic amyntas ſuccedit & propria uirtute
& Alexandri filii egregia indole inſigniter clar⁹:
cui Alexandro tanta omnium uirtutum nature
ornamenta excutere: ut etiam olimpio certamine
uario ludicorum genere conderet. Cum interim
Darius rex perſarum turpi a ſcythia fuga ſummot⁹:
ne ubiq; deformis militie damnis haberetur / mittit
cum parte copiarum megabaxum ad ſubigendam
thraciam: ceteraq; eius tractus regna / quibus pro i g

bili momento erat accessura macedonia / qui breui
tempore executo regis imperio legatis ad amyntã
regem macedonie missis: obsides impignus fratru
re pacis dari sibi postulabat. Sed legati benigne
excepti inter epulas ebrietate crescente rogant
amyntam ut apparatui epularum adiciat uis fa
miliaritatis adhibitus in conuiuium suis filiis &
uxoribus id apud persas haberi pignus ac fed as
hospitii / qui ut uenerunt petulantius per trac-
tantibus filius amynte alexander rogat patrem
respectu etatis ac grauitatis sue abiret e conuiuio:
pollicitus se hospitium temptaturum locos / quo
digresso mulieres quoq, paulum e conuiuio euo-
cat cultius exornaturus gratioresq, reducturus:
in quarum locum matronali habitu exornatos
iuuenes opponit / eosq, petulantiam legatorum
ferro / quod sub ueste gerebant: compescere iubet:
atq, ita interfectis omnibus ignarus rei megabaz
cum legati non rediret: mittit eo cum exercitus
parte bubarem: ut in bellum facile & mediocre
dedignatus ipse rex: ne deshonestaretur prelio
tam fede gentis: sed bubares ante bellum amore
filie amynte captus omisso bello nuptias facit / de-
positisq, hostilibus animis in affinitatis iura succedit.
Post discessum a macedonia bubaris amyntas rex
decedit / cuius filio & successori Alexandro cogna-
to bubaris non darii tantum temporibus pacem
prestitit / uerum etiam xerxen conciliauit adeo
ut cum grauiam uelum tempestas quedam occupas-

set inter olimpum hemumq; montes totius regiõis
cum imperio donauerit. Sed nec uirtute minus
q; persarum liberalitate regnum amplexus est per
ordinem: deinde successionis regnum macedonie
ad amyntam fratris eius menelai filium peruenit.
Hic quoq; insignis industria & omnibus impe-
ratoris uirtutibus instructus fuit: qui ex eu-
dice tres filios sustulit alexandrum perdicam
& philippum: alexandri magni macedonis patrẽ
& filiam eurionem & ichea autem archelaum
archideum: menelaum. Cum illiriis deinde &
cum olinthiis grauia bella gessit insidiis etiam eu-
ridicis uxoris: que nuptias generi pacta occiden-
dum uirum regnumq; adultero tradendum su-
sceperat: occupatus esset fuisset: in filia pelicatũ
matris & sceleris consilia prodidisset. Itaq; fune-
senex tot periculis recessit: regno maximo ex
filiis Alexandro tradito. Igitur Alexander inter
prima initia regni bellum ab illiriis pacta mercẽ-
de: & philippo fratre dato obside redemit. In-
teriecto quoq; tempore per eundem obsidem cũ
thebanis gratiam pacis reconciliauit: que res phi-
lippo maxima incrementa grecie in dolis dedit.
Siquidem triennio thebis obses habitus prima
puericie rudimenta in urbe seuerioris antique
& in domo epaminunde summi & philosophi
& imperatoris deposuit: nec multo post Alexan-
der insidiis euridicis matris appetitus occumbit:
cui amyntas in scelere deprehense propter com-

mumes liberos ignarus eisdem quandoq; exitiosam
fore pepercerat. frater quoq; eius perdita parri insi-
diarum fraude decipitur. Indignum prorsus libidi-
nis causa liberos a matre uita priuatos, quam scele-
rum suorum supplicijs liberorum contemplatio ui-
dicauerat. perdice hoc indignior cedes uidebatur,
quod ei apud matrem misericordiam nec parumb
quidem filius conciliauerat. Itaq; philippus diu se
non regem, sed tutorem pupilli egit. At ubi gra-
uiora bella minimebant. serumq; auxilium in ex-
pectatione infantis erat. compulsus a populo regni
suscepit. ut est ingressus imperium magna de illo
spes omnibus fuit. & propter ingenium, quod
magnum spondebat uirum. & propter uetera
macedonie fata, que cecinerant uno ex amynte
filiis regnate florentissimum fore macedonie statu.
cui spei scelus matris hunc residuum fecerat. prin-
cipio regni cum hinc cedes fratrum indigne pere-
ptorum. inde hostium multitudo. hinc insidiarum
metus. inde inopia continui belli & exhausti reg
immaturam etatem cyronis impegerat. bella que
ueluti cospiratione quadam ad opprimendam ma-
cedoniam multarum gentium ex diuersis locis uno
tempore confluebant. quoniam omnibus par esse
non poterat. dispensanda ratus alia interposita
pactione componit. alia redemit facillimis quibusq;
aggressis, quorum uictoria & militum trepidos ani-
mos firmaret & contemptum sibi hostium demeret.
Primum illi cum athenensibus certamen fuit. qb;

per insidias uictis metu belli grauioris cum interficere omnes posset / incolumes sine pretio dimisit.
Post hos bello ad illyrios translato multa mlia hostiū cedit / urbem nobilissimam larisseam capit : hinc thessaliam non prede cupiditate / sed quod exercitui suo robur thessalorum equitum adiungere gestebat / nichil minus q̄ bellum metuentem improuisus expugna. Vtrumq; corpus equitum pedestriumq; copiarum inuicti exercitus fecit. Quibus rebus feliciter prouenientibus olimpiadam neoptolemi regis molossorum filiam uxorem duxit / conciliante nuptias fratre patruelis auctore uirginis arruba rege molossorum / qui sororem olimpiadis tradam in matrimonio habebat / que causa illi exitii malorumq; omnium fuit. Iam dum regni incrementa affinitate philippi acquisiturum se sperat / prius proprio regno ab eodem priuatus in exilio censuit consenuit. His ita gestis philippus iam non contentus submouere bella ultro etiam quietos lacessit. Cum mathonam urbem oppugnaret in pretereuntem de muris sagitta iacta dextrum oculum regis effodit / quo uulnere nec segnior in bellum / nec iracundior aduersus hostes factus est / adeo ut interiectis diebus pacem deprecantibus dederit / nec moderatus tantum / uerū etiam mitis aduersus uictos fuit

CReciarum ciuitates dum imperare singule cupiunt imperium omnes perdiderunt / quippe in mutuum exitium sine modo ruētes / omnibus perire / quod singule amitterent /

8.

non nisi oppresse senserunt. Si quidem philipp⁹
rex macedonie uelut specula quadam libertat
omnium insidiatus dum contentiones ciuitatum
alit: auxilium inferioribus ferendo uictos pariť
uictoresq, subire regiam seruitutem coegit. Cā
& origo huius mali thebani fuere: qui cum rerum
potirentur secundam fortunam imbecillo animo
ferentes: uictos armis lacedemonios & phocenses
quasi parua supplicia cedibus & rapinis luissent
apud commune grecie consilium superbe accu-
sauerunt. Lacedemoniis crimini datum quod
arcem thebanam indutiarum tempore occupas-
sent: phocensibus: quod boetiam depopulati essēt
prorsus quasi post arma & bellum locum legibus
reliquissent: cum iudicium arbitrio uictorum
exerceretur: tanta pecunia damnantur: quāta
exolui p̄ non posset. Igitur phocenses cum agris
liberis: coniugibusq, priuarentur: desperatis reb⁹
philomelo quodam duce uelut deo irascentes tem-
plum ipsum apollinis delphis occupauere. Inde
auro & pecunia diuites conducto mercenario mi-
lite bellum thebanis intulerunt: factumq, phocē-
sium tam & si omnes execraretur propter sacrile-
gium plus tamen inuidie thebanis: a quibus ad
hanc necessitatem compulsi fuerant q̄ ipsis intulit.
Itaq, auxilia his ab atheniensibus & a lacedemoniis
missa. Prima igitur congressione philomelus the-
banos castris excūt sequenti prelio primus inter
confertissimos dimicans cecidit: & sacrilegii penas

impio sanguine luit. In huius locum dux enoma⁹
creatur: aduersus quem thebani thessaliq. non
ex causibus suis ne uictoris potentiam ferre non
possent: sed philippum macedonie regem ducem
eligunt: & externe dominationi q̄ in suis timue-
runt sponte succedunt. Igitur philippus quasi
sacrilegii non thebanorum ultor esset: omnes mu-
lieres coronas laureas summere iubet atq. ita ueluti
deo duce in prelium pergit. Phocenses insignib⁹
dei conspectis conscientia delictorum territi: ab-
iectis armis fugam capessunt: penasq. uiolate re-
ligionis sanguine & cedibus suis pendunt. Incre-
dibile quantum ea res apud omnes nationes philip-
po glorie dedit. Illum unicum sacrilegii: illū
ultorem religionum: quod orbis umbris expiari
debuisset: solum qui piacula exigeret extitisse
dignum. Itaq. diis proximus habeatur: per quē
deorum maiestas uindicata est. Sed athenienses au-
dito belli euentu ne in greciam philippus transiret
angustias termopilarum pari ratione sicuti ante
aduenientibus persis occupauere: sed nequaquā
simili aut uirtute aut causa siquidem tunc pro
libertate grecie: nunc pro sacrilegio publico: tē
a rapina hostium templa uindicaturi: nunc ad-
uersus uindices templorum raptores defensuri
agunt: propugnatores sceleris: cuius turpe erat
alios uindices fuisse immemores prorsus quod
in dubiis rebus suis illo deo etiam consiliorum
auctore usi fuerant: quod illo duce tot bella

uictores inierant: tot urbes auspicato condiderant:
tantum imperium terra mariq; quesierant: nichil
etiam sine maiestate numinis aut priuate unquā
aut publice rei gesserant: tantum fāmus admisisse
ingenia omni doctrina exculta: pulcherrimis legi-
bus institutisq; formata haud quid potestate post
hac succensere iure barbaris possint haberent. Sed
ne philippus melioris fidei aduersus socios fuit: qp
pe uelut timens ne ab hostibus sacrilegii scelere
uindicaretur ciuitates: quarum paulo ante dux
fuerat: que sub auspiciis eius militauerant: que
gratulate illi sibiq; uictoriam nacte fuerant hostili-
ter occupatas diripuit: coniuges liberosq; omnīū
sub corona uendidit: non deorum immortalium
templis: non edibus sacris: non diis penatibus pu-
blicis priuatisq; ad quos paulo ante ingressus hospi-
taliter fuerat pepercit: prorsus ut non tam sacrile-
gii ultor extitisse: q̄ sacrilegiorum licentiam que-
sisse uideretur. Inde uelut rebus egregie gestis in
cappadociam traicit: ubi bello pari perfidia gesto
captisq; per dolum: ut occisis finitimis regibus uni-
uersam prouinciam imperio macedonie adiungit.
Deinde ad abolendam inuidie famam: quia insig-
nis preter ceteros tunc temporis habebatur: per regna
mutat & opulentissimas ciuitates: qui opinionem
fererent regem philippum magna pecunia locare
& muros per ciuitates & fana & templa facienda
& ut per preconem susceptores sollicitarent: qui cū
in macedoniam uenissent uariis dilationibus fru-

stratiuum regie maiestatis tacita proficiscebantur.
Post hec olynthios aggreditur: receperant enim
per misericordiam post cedem unius duos fratres
eius: quos philippus ex nouerca genitos uelut prin-
cipes regni interficere gestiebat. ob hanc igitur cam
urbem antiquam & nobilem excindit: & fratres
olim destinatos supplicio tradit predaq; ingenti pa-
riter & parricidii noto fruitur. inde quasi omnia
que agitasset animo elicerent: auraria in thessalia
argenti metalla in tracia occupat: & ne quod uis
uel fas immolatum pretermitteret piraticam quoq;
exercere instituit. his ita gestis forte euenit: ut
eum fratres duo reges thracie & non contemplatione
iustitie eius: sed mutuum metuentes ne alterius tri-
buis accederet: disceptationum suarum iudicem
eligerent. Sed philippus more ingenii sui ad iudi-
cium uelut ad bellum inopinantibus fratribus in-
structo exercitu superuenit: regno utrumq; non iu-
dicis more: sed fraude latronis ac scelere spoliauit:
Dum hec aguntur legati athenienssium petentes pacem
ad eum uenerunt: quibus auditis & ipse legatos athe-
nas cum pacis conditionibus misit: ibiq; ex cōmodo
utrorumq; pax facta. Exceteris quoq; grecie ciuita-
tibus non pacis amore: sed belli metu legationes ue-
nere. Siquidem erubescente ira thessali boetiq; orāt:
ut profensum aduersum phocenses ducem grecie
exhibeat tanto odio phocensium ardentes: ut obliti
cladium suarum perire ipsi: quā non perdere eos
peroptarent expertamq; philippi crudelitatem

pati / quam parcere hostibus suis mallent. Contra
phocensium legati adhibitis lacedemoniis & athe-
niensibus bellum deprecabantur: cuius dilationem
ab eo tertiam emerant fedum prorsus miserandúq;
spectaculum greciam etiam nunc & uiribus & di-
gnitate orbis terrarum principem: regum certe
gentiumq; sempre uictricem & multarum adhuc
urbium dominam alienis excubare sedibus aut
rogantem bellum aut deprecantem in alterius ope
omnem posuisse orbis terrarum uindicem: eosq;
discordia sua cum ciuilibusq; bellis redactos: ut adulent-
ultro sordidam paulo ante clientele sue partem
& hoc potissimum faceret thebanos lacedemonios
antea inter se imperii nunc grecie imperantis emu-
los. Philippus inter hec uendicatione glorie sue
tantarum urbium fashonum agitat atq; utros pot-
dignetur exanimat. Secreto igitur auditis utrisq;
legationibus his ueniam belli pollicetur / tuteturam-
do / diebus responsum nemini proditurus / illis con-
tra uenturum se auxiliumq; latiturum: utrosq; ue-
tat parare bellum aut metuere. Sic uario responso
so secum omnibus termophilarum angustias occu-
pat. Tunc primum phocenses captos se fraude phi-
lippi animadvertentes repidi ad arma confugiut.
Sed neq; spatium erat instruendi belli nec tempus
ad contrahenda auxilia & philippus excidium mi-
nabatur / ni fieret dedito. Victi igitur necessitate
pacta salute se dedunt. Sed pacto eius fidei fuit /
cuius antea fuerat deprecati belli promissio. Igit-

cedunt̃ passim / rapiunturq; non liberi parentib⁹
non coniuges maritis non deorum simulacra tẽplis
suis relinquunt̃ / unum tantum miseris solatium
fuit / quod cum philippus porro ne prede socios frau-
dasset / nichil rerum suarum a prędonibus uidere-
Reuersis in regnum ut pecora pastores / nunc in hi-
bernos / nunc in estiuos saltus trahunt̃ / sic ille po-
pulos & urbes / ut illi uel replenda uel deserenda quę-
q; uidebantur loca ad libidinem suam transferr
Miseranda ubiq; facies & exercitio simile erat non
quidem pauor ille hostilis / nec discursus per urbem
militum erat / non tumultus armorum / non bono-
rum atq; hominum rapinas / sed tacitus mestor &
luctus uerentibus ne ipse lachrime pro contumelia
haberentur. Creuit dissimulatione ipsa dolor / hoc
altius demissus / quo minus profiteri licet / nunc se-
pultura sepulchra maiorum / nunc uetereś penatiś
nunc tecta / in quibus genti erant / quibusq; genue
rant / considerant miserantes nunc lucem suam
quod in eam diem uixissent / nunc filiorum / qđ
non potest post eam diem nati essent / alios popu-
los in finibus ipsis hostibus opponit / alios in extre-
mis regni terminis statuit / quosdam bello captos
in supplementis urbium dimittit. Atq; ita ex mul-
tis gentibus nationibusq; unum regnum populumq;
constituit. Compositis ordinatisq; macedonie reb⁹
dardanos ceterosq; finitimos fraude captos expu-
gnat. Sed nec a proximis manus abstinet / siquid
arrhibam regem epiri uxori sue olimpiadi arcessia

cognatione unctum pellere regno statuit. atq; Alexandrum primogenitum eius uxoris olimpiadis fratrē puerum honeste pulchritudinis in macedoniam nomine sororis accersit omniq; studio sollicitatum spe regni simulato amore ad stupri consuetudinem perpulit. maiora in eo obsequia habituris sive consuescentie pudore. sive regni beneficio. Igitur cum ad ingentia animos perueniisset. ereptum arrybe regnum puero admodum tradit. scelestus in utroq; nam nec in eo uis cognationis seruauit. cui ademit regnum. & eum cui dedit. impudicum fecit anteq; regem.

2

In greciam philippus cum reuertisset sollicitatus paucarum ciuitatum direptione & expreda modicarum urbium quante opes uniuersarum essent animo prospiciens bellum toti grecie inferre statuit. ad cuius emolumentum egregie pertinere ratus. si sibi bisantium nobilem & maritimam urbem receptaculum terra mariq; copiis suis futurum in potestatem redigisset. eandem claudentem sibi portas obsidione cinxit. Hec nanq; urbs condita primo a pausania rege sparthanorum & per septem annos possessa fuit. deinq; uariante victoria nunc lacedemoniorum. nunc athemensium uirs habita est. Que incerta possessio effecit. ut nemine quasi suam auxiliis uuante libertatem constanter tueretur. Igitur philippus longa obsidionis mora exhaustis pecunie commertium de piratica muniat.

captus itaq; centum septuaginta nauibus mercibusq;
distractis anelantem inp. inopia paulum recreauit:
deinde ne unius urbis oppugnatione tantus exer-
citus sterneretur: profectus cum fortissimis multas
chersompnenses urbes expugnat: filiumq; Alexan-
drum decem octo annos natum: ut sub militia pa-
tris tyrocinii rudimenta deponeret: ad se accersit
in scythiam quoq; predandi causa profectus est mo-
re negociantium impensas belli alio bello refectur?.
Erat eo tempore rex scytharum atheas: qui cum
bello histrianorum premeretur: auxilium a philip-
po per apollomensem petit in successione eum reg
scithe adoptaturus: cum interim histrianorum rex
recedens & metu belli & auxiliorum necessitate
scythas soluit: itaq; atheas remissis macedonibus nū-
tiam philippo iubet: neq; auxilium eius se petisse: neq;
adoptionem mandasse. Nam neq; iuuentam mace-
donum egere scythas: quibus meliores forent: neq;
heredem sibi incolume filio deesse. his auditis philip
pus legatos ad atheam mittit impense obsidionis por-
tionem petentes: ne inopia deserere bellum cogat
quod eo promptius eum se facere debere: quod mis-
sis a se in auxilium eius militibus ne sumptum qdē
uie: non modo officii pretia dederit. Atheas in-
clementiam celi & terre sterilitatem causatus: que
non patrimoniis ditet scythas: sed uix alimenta
exhibeat: respondit nullas sibi opes esse: quibus
tantum regem expleat & turpius putare paruo
defungi: quā totum adiuuare. Scythas autem

urtute animi & dumta corporis non opibus cen
seri. quibus irritus philippus solum obsidione
byzantii scythica bella aggressurus premissis lega
tis quo securiores faceret. qui munnent athe
cum byzantium obsidet. uouisse statuam hercu
li. ad quam ut hostia histri ponendam se uenturo
pacatum accessum ad religionem dei potentissimi
ipse scythis uenturus. Assueta suorum fungi bella
statuam filii mittere iubet non modo ut portatur
uerum etiam ut inuiolata maneat pollicetur. ex
ercuum fines ingredi negat se passurum. ac si in
uitis scythis statuam ponat eo digresso sublaturū
uersurumq; es statue in aculeos sagittarum. his
utrinq; irritatis animis prelium committur. cū
urtute & animo prestarent scythe astu philippi
uincuntur. Viginti milia puerorum ac femina
rum capta. pecoris magna uis. auri argenti q;
nichil. ea primum fides inopie scythice fuit. Vi
ginti milia equarum nobilium ad gemis faciendum
in macedoniam missis. Sed reuertenti a
scythia triballi philippo occurrunt. negant se
transiturum dantes. in portionem prede accipiant
hinc iurgium & mox prelium. in quo ita in fe
more uulneratus est. philippus. ut per corpus ei
equus interficeretur. cum omnes occisum puta
rent preda amissa est. Ita scythica uelut demota
spolia pene luctuosa luctuosa macedonibus fuē
Vbi uero ex uulnere primum conualuit. diu dis
simulatum bellum athenensibus infert. quorū

cause thebani se iunxere: metuentes ne uictis athe-
nensibus uelut uicinum incendium belli ad se tran-
siret. Facta igitur inter duas paulo ante infestissimas
ciuitates societate: legationibus grauatam fatigant
communem hostem petunt communibus uiribus sub-
moriendum: neq enim cessaturum philippum si pro-
spere prima successerint: nisi omnem greciam domue-
rit. Note quedam ciuitates athenensibus se iungunt:
quasdam autem ad philippum belli metus traxit:
prelio commisso cum athenensis longe maiore mi-
litum numero prestarent: assiduis belliis indurata
uirtute macedonum uincuntur: non tamen imme-
mores pristine glorie cecidere: quippe aduersis uul-
neribus omnes locaq; menda a ducibus acceperant
morientes corporibus texerunt. hic dies uniuerse
grecie & gloriam dominationis & uetustissimam li-
bertatem finijt. Huius uictorie callide dissimulata
letitia est. Denicq non solita sacra philippus illa die
fecit: non in conuiuio risit: non ludos inter epulas
adhibuit: non coronas aut unguenta sumpsit: &
quantum in illo fuit ita uicit: ut uictorem nemo
sentiret. Sed nec regem se grecie: sed ducem ap-
pellari iussit: atq ita inter tacitam letitiam & do-
lorem hostium temperauit: ut neq apud suos exul-
tasse: neq apud uictos insultasse. Athenensibus
quos passus infestissimos fuerat: & captiuos gratis re-
misit: & bello consumptorum corpora sepulture
reddidit: reliquiasq funerum ut ad sepulchra
maiorum deferrent: ultro hortatus est. Super hec

Alexandrum filium cum amico antipatro qui pacem
cum his amicitiamq, iungeret. athenas misit. Theba-
norum porro non solum captiuos. uerum etiam inter
fectorum sepulturam uendidit. princeps ciuitatis
alios secum percussit. alios in exilium redegit. bonaq,
omnium occupauit. pulsos deinde per iniuriam in
patriam restituit. ex horum numero trecentos excu-
les iudices rectoresq, ciuitatis dedit. Apud quos cū
potentissim quiq, rei eius ipsius criminis postularent,
quod per iniuriam se in exilium egissent. huius con
stantie fuerunt ut omnes se auctores fatererentur.
melius q, cum re. p. factum cum damnati essent. q̄
cum restituti contenderent. mira prorsus audacia
de iudicibus ute necisq, siue quemadmodum possūt
sententiam ferunt. contemnuntq, absolutionem,
quam dare inimici possint. & quoniam rebus neq̄ūt
ulcisci. uerbis ulsimpat libertatem. compositis in gre-
cia rebus Philippus omnium ciuitatum legatos ad
formandum rerum presentium statum euocari co-
rinthum iubet. ibi pacis legem uniuerse grecie pro
meritis singularum ciuitatum statuit. Consiliumq,
omnium ueluti unum senatum ex omnibus legit
soli lacedemonii & regem & leges contempserunt.
seruitutem non pacem rati, que non ipsis ciuitatib;
conueniret, sed a uictore ferretur. Auxilia deinde
singularum ciuitatum describuntur. siue adiuuan-
dus ea manu rex oppugnante aliquo foret. seu duce
illo bellum inferendum atq, enim dubium erat im-
perium persarum his apparatibus peti. summa auxi-

liorum ducenta milia peditum fuere: & equitum qn-
decim milia: extra hanc summam & macedonie exer-
citus erat & confinis domitarum gentium barbaria.
Mutio ueris tres duces in asiam persarum turris p̃mittit
parmenionam amyntam & attalum: cuius sororem
nuper expulsa Alexandri matre olimpyade propter
stupri suspitionem in matrimonium receperat. Inte-
rea dum auxilia a grecia coeunt: nuptias cleopatre
filie & Alexandri quem regem epyri fecerat: celebrat.
Dies erat pro magnitudine duorum regum & locan-
tis filiam & uxorem ducentis apparatibus insignis:
sed nec ludorum magnificentia deerat: ad quorum
spectaculum philippus cum sine custodibus corporis me-
dius inter duos Alexandros filium generumq; conte-
deret: pausanias nobilis ex macedonibus adolescens
nemini suspectus occupatis angustiis philippum in
transitu obtruncat: dieinq; letitie destinatum fedum
luctu funeris facit. Is primis pubertatis annis stupri
per iniuriam passus ab attalo fuerat. cuius indigni tati
hec etiam fedita accesserat. Nam perductum in con-
uiuium solutumq; mero: attalus non sue tantum ue
rum & conuiuarum libidini uelut scortum uile sub-
iecerat. Ludibriumq; omnium inter equales reddide-
rat: hanc rem egre ferens pausanias querelam philip
po sepe detulerat. Cum uariis frustrationibus non
sine risu differretur & honoratum insuper ducatu
aduersarium cerneret: iram in ipsum philippum uer
tit ultionemq; quam ab aduersario non poterat
abinquo iudice exegit. Creditum est etiam īmissu

ab olympiade matre Alexandri fuisse: nec ipsum
Alexandrum ignarum paterne cedis extitisse:
quippe non minus olympiadem repudium & pre
latam sibi cleopatram q̄ stuprum pausaniam do
luisse. Alexandrum quoq; regni emulum fratrem
ex noverca susceptum timuisse: eoq; factum ut
in conuiuio antea primum cum attalo mox cum
ipso patre iurgaret: adeo ut etiam stricto gladio
eum philippus consectatus sit: egreq; a filii cede
amicorum precibus exoratus est. quamobrem
Alexander ad auunculum se in epirum cum ma
tre: deinde ad regem illiriorum contulerat: uixq;
reuocatus mitigatus est patri precibusq; cognato
rum egre redire compulsus. olympias quoq; fra
trem suum epiri regem in bellum subornabat:
peruicisset q; in filie nuptiis pater generum occu
passet. his stimulis rarum utrisq; pausaniam
de impunitate stupri sui querentem ad tantum
facinus impulisse credebantur. olympias certe
fugienti percussori etiam equos habuit prepara
tos: ipsa deinde audita regis nece cum titulo offi
cii ad exequias incurrisset: in cruce pendentis
pausanie capiti eadem nocte: qua uenit: coronā
auream imposuit: quod nemo alius audere nisi hec:
superstite philippi filio potuisset: paucos deinde
post dies reficiam corpus interfectoris inter reliqas
mariti cremauit: & tumulum ei eodem fecit in lo
co parentariq; eidem quot annis inciisa populo
superstitione curauit. Post hec cleopatram a qua

pulsa philippi matrimonio fuerat / in gremio eius
priuf filia interfecta finire uitam fuspendio coegit /
fpectaculoq; pendentis ultione potita eft / ad quam
per parricidium feftinauerat / nouiffime gladium
illum / quo rex pertuffus eft apollini fub nomine
myrtalis confecrauit / hoc enim nomen ante olympia
dis parumle fuit / que omnia ita palam facta funt / ut
timuiffe uideatur ne facinus ab ea commiffum nō
probaretur / Deceffit philippus quadraginta & septē
annorum cum uiginti & quinq; regnaffet / Genuit
ex lariffea faltatrice filium arideum / qui poft alexā
drum regnauit / habuit & multos filios alios ex ua
riis matrimoniis regio more fufceptos / qui partim
fato / partim ferro periere / Fuit rex armorum
q̄ commodorum apparatibus ftudiofior / cum maxīe
opes erant inftrumenta bellorum / diuitiarum q̄ftu
q̄ cuftodia follertior / Itaq; inter quotidianas rapinas
femper inopf erat / mifericordia in eo & perfidia
pari iure dilecte nulla apud eum turpis ratio uin-
cendi / blandus pariter & infidiofus alloquio / qui
plura promitteret q̄ preftaret inferia & iocof ar ti-
fex / amicitias utilitate non fide colebat / gratiam
fingere in ocio / inftruere inter concordantes odia /
apud utrunq; gratiam querere / folennis illi confue-
tudo / Inter hec eloquentia & infignis oratio acu-
minis & follertie plena / ut nec ornatui facilitas /
nec facilitati inuentionum deeffet ornatus / Huic
Alexander filius fucceffit / & uirtute & uitiis patre
maior / Itaq; uincendi ratio utriq; diuerfa / hic apta

ui ille artibus bella tractabat. deceptus ille gaudere
hostibus. hic palam fusis. prudentior ille consilio. hic
animo magnificentior. tram pater dissimulare. plerūq;
etiam uincere. hic ubi exarsisset. nec dilatio ultionis
nec modus erat. Vim nimis uterq; audus. sed ebrie-
tatis diuersa uitia. patri mos erat etiam de conuiuio
in hostem procurrere. manum conserere. periculis
se temere offerre. Alexander non in hostem. sed in
suos fouebat. quamobrem sepe philippum uulneratū
prelia commisere. hic amicorum interfector conuiuio
frequenter excessit. regnare ille cum amicis nolebat.
hic in amicos regna exercebat. amari pater malle.
hic metu. litterarum cultus utriq; simulis. sollertie
pater maioris. hic fidei. uerbis atq; oratione philip-
pus. hic rebus moderatior. parcendi uictis filio animo
& promptior & honestior. frugalitati pater. luxurie
filius magis declinus erat. quibus artibus orbis impe-
rii fundamenta pater fecit. operis totius gloriam
filius consumauit.

10. ARtaxerxi regi persarum ex pellicibus cen-
tum quindecim filii fuere. sed tres tantum
iusto matrimonio susceptis clareus artates
& ochus. Ex his dareum contra morem
persarum. apud quos rex non nisi morte mutatur.
per indulgentiam pater regem uiuus fecit. Nichil
sibi ablatum existimans. quod in filium contulisset
sinceriusq; gaudium ex procuratione sumpturus si
insignia maiestatis sue uiuus in filio conspexisset.

Sed Dareus post noua paterne pietatis exempla interficiendi patris consilium cepit. sceleratus si solus patricidium cogitasset. tanto sceleratior. quod in societatem facinoris assumptos quinquaginta fratres fecit parricidas. ostentū prorsus genus ubi in tanto populo non solum sociari. uerum etiam sileri parricidium potuit. ut ex quinquaginta liberis nemo inuentus sit. quem aut paterna maiestas. aut ueneratio senis. aut indulgentia patris a tanta immanitate reuocaret. Adeone uile paternum nomen apud tot numero filios fuit. ut quorum presidio tutus etiam aduersus hostes esse debuerit. eorum insidiis circumuentus tutior ab hostibus q̄ a filiis fuerit. Causa parricidii sceleratior ipso parricidio fuit. occiso quippe cyro fraterno bello. cuius mentio supra habita est. astiacian pellicem eius rex Artaxerxes in matrimonium receperat. hanc patre cedere sibi sicuti regnum Dareus postulauerat. qui pro indulgentia sua in liberos primo facturum se dixerat. mox penitentia ductus. ut honeste negaret. quod temere promiserat. solis eam sacerdotio prefecit. quo perpetua illi ab omnibus uiris pudicitia imperabatur. ut exacerbatus iuuenis hinc in furorem primo patris erupit. mox facta cum fratribus coniurationē. dum patri insidias parat deprehensus cū sociis penas parricidii diis paterne maiestatis ultoribus dedit. Coniuges quoq; omnium cum liberis ne quod uestigium tanti sceleris extaret interfecte. post hec Artaxerxes morbo ex dolore contracto decedit. rex q̄ pater felicior. hereditas regni hoc tr ocho

tradita / qui timens parem coniurationem regiam
cognatorum cede & strage principum replet: nulla
non sanguinis: non sexus: non etatis misericordia
permotus: scilicet ne innocentior fratribus parri
cidis haberetur / atq; ita ueluti pmnicato regno
bellum caduseis infert. In eo aduersus prouocato
rem hostium godomannus quidam cum omnium
fauore processisset: hoste cesso victoriam suis pa
riter & belli prope amissam gloriam restituit. ob
hec decora idem godomannus preficitur armenijs.
Interiecto deinde tempore post mortem ochi regis
in memoriam prisme inrtutis rex a populo con
stituitur Darii nomine ne quid regie maiestatis
deesset. honoratus bellumq; cum Alexandro mag̃
dum uariante fortuna magna uirtute gessit / posthẽo
uictus ab Alexandro & a cognatis occisus uitam pa
riter cum persarum regno finiuit.

ij.

IN exercitu philippi sicuti uarie gentes
erant / ita eo occiso diuersi motus animorũ
fuere / alii quippe inmissa seruitute oppressi
ad spem libertatis se erigebant / alii tedio
longinque militie remissam sibi expeditionem gau
debant / non nulli facem nuptiis filie accensam ro
go patris subditam dolebant. Amicos quoq; tam
subita mutatione rerum haud mediocris metus
ceperat / reputantes nunc prouocatam asiam / nũc
europam / non dum perdomitam / nunc illiricos
& thracas & dardanos ceteraq; barbaras gentes

fidei dubie & mentis infide/ qui omnes popli pa-
riter deficiant resisti nullo modo posse. his rebus
ueluti medela quedam interuenit Alexandri fra-
qui pro contione ita uulgus omne hortatus q; pro
tempore est/ ut & metum timentibus demeret/
& in spem omnes impelleret. Erat hic annos uigin
natus/ in qua etate ita moderate de se multa polli-
citus est/ ut appareret plura eum experimentis
reseruare/ macedonibus immunitatem cunctarū
rerum preter militie uocationem dedit. Quo fac-
to tantum sibi fauorem omnium conciliauit/ ut
corpus hominis non uirtutem regis mutasse se dice-
rent/ prima illi cura paternarum exequiarum
fuit/ in quibus ante omnia cedis conscios ad tumulū
patris occidi iussit/ soli Alexandro lyncestarum fra-
tri pepercit/ seruans in eo spatium auspicium dig
tatis sue. Nam regem cum primis salutauerat emu-
lum quoq; imperii charanum fratrem ex nouerca
susceptum interfici curauit. Interim multas
gentes rebellantes compescuit/ orientes non nullas
seditiones extinxit. quibus rebus erectus citato
gradu in greciam contendit/ ubi exemplo patris
corinthum euocatis ciuitatibus duce in locum eius
substituitur. Inchoatum deinde a patre persicū
bellum aggreditur/ in cuius apparatu occupato
nuntiatur athenienses & lacedemonios ab eo ad
persas defecisse/ auctoremq; eius defectionis magno
auri pondere a persis corruptum demosthenem
oratorem extitisse/ qui macedonum deletas omnes

cum rege copias attriballis affirmanerat producto in
contionem auctore / qui in eo prelio / in quo rex ceci-
derit se quoq; uulneratum diceret / qua opinione mu-
tatos ferme omnium ciuitatum animo esse / presidia
macedonum obsideri . Quibus motibus occursum tāta
celeritate instructo paratoq; exercitu gratiam oppres-
sit / ut quem uenire non senserant / uidere se nec
credderent . In transitu hortatus thessalos fuerat be-
neficiorumq; philippi patris / materneq; sue cum bis
ab eidarum oente necessitudinis admonuerat cupi-
de . hec thessalis audientibus exemplo patris dux
uniuerse gentis creatus erat / & uectigalia omnia
redditusq; suos ei tradiderant Sed athenienses si-
cuti primi defecerant / ita primi penitere ceperunt .
contemptum hostis in admirationem uergentes pue-
ritiamq; Alexandri spretam antea / supra uirtutem
ueterum ducum extollentes / missis itaq; legatis bel-
lum deprecantur / quibus auditis & grauiter increpa-
tis Alexander bellum remisit . Inde thebas exercitū
conuertit eadem indulgentia usurus si parem pen-
tentiam inuenisset . Sed thebani armis non precibus
nec deprecatione usi sunt . Itaq; uicti grauissima
queq; supplicia miserrime captiuitatis experti sunt .
Cum consilio de excidio urbis deliberaretur / focen-
ses & platenses & thespienses & orcomasii alexan-
dri socii uictorie participes excidio urbium suarum
crudelitatemq; thebanorum referebant / studia in
persas non presentia tantum / uerum & uetera aduer⁹
gratam greciam libertatem increpantes / quamobrem

odium eo ſ ommium populorum eſſe / quod uel ex eo
manifeſtari / quod iureiurando ſe omnes abſtrinxerint
ut uictis perſis thebas diruerent / adiciunt & ſcelerum
priorum fabulas / quibus omnes ſcenas repleuerint / ut
non preſenti tantum perfidia / uerum & ueterе infa-
mia inuiſi forent . Tunc chodas unus ex captiuis data
poteſtate dicendi / non a rege ſe defeciſſe / quem inter-
fectum audierint / ſed a regis heredibus / quicquid in
eo ſit admiſſum crudelitatis non perfidie culpam eſſe /
cuius tamen tam magna ſe ſupplicia rependiſſe delicta
iuuentute / nunc ſenum feminarumq, ſicut infirmum /
ita innoxium reſtare uulgus / quod ipſum ſtupris contu-
meliiſq, ita uexatum eſſet / ut nichil amarius unquam
ſint paſſi / nec iam pro cunabus ſe qui tam pauci remā-
ſerint orare / ſed pro innocuo patrie ſolo / & pro urbe
que non uiros tantum / uerum & deos genuerit / priuata
etiam regem ſuperſtitione deprecatur / genitum apud
ipſos herculem / unde originem gens eacidarum trahat /
acteq, thebis a patre eius philippo puerilie / rogat ur-
bi parcat / que maiores eius partim apud ſe genitos deos
adoret / partim edocatos ſumme maieſtatis reges uide-
rit . Sed potentior fuit ira q̃ preces / itaq, urbs diruit̃ /
agri inter uictores diuiduntur captiui ſub corona uen-
duntur / quorum pretium non ex mentium commo-
do / ſed ex inimicorum ocio extenditur miſeranda
res athenienſibus uiſa / itaq, portas refugio profugorū
contra interdictum regis aperuere / quam rem ita gra-
uiter tulit Alexander / ut ſecunda legatione denuo
bellum deprecantibus ita demum remiſerit / ut ora

tores & ducesq; quorum fiducia tonens rebellent sibi
declarauit. Parataq; athenienses ne hec coeptum
sumere bellum eo res deducta est: ut retenti oratorib⁹
duces in exilium agerentur: qui ex continenti ad da
rium profecti non mediocre momentum persarum
urbibus accersere. Profecturus ad persicum bellum
omnes nouerce sue coniuratos: quos philippus in excel
siorem dignitatis locum prouehens imperis prefece
rat: interfecit. Sed nec suis: qui apti regno uidebant
pepercit: ne qua materia seditionis procul se agente
in macedonia remaneret: & reges stipendiarios con
spectioris ingenii ad communionem secum trahit:
segniores ad tutelam regni relinquit. Adunato de
inde exercitu naues onerat: unde conspecta asia
incredibili ardore mentis accensus duodecim deo
rum aras in belli uota statuit: patrimonium omne
suum: quod in macedonia europaq; habebat amicis
distribuit: sibi asiam sufficere prefatus. Primusq; ulla
nauis litore excederet: bosphoras cedit: petens ultorum
bello: quo tonens a persis appetite grecie ultor relict⁹
sit: quibus longa iam satis & matura imperia contu
gissent: quorumq; tempus esset uices excipere
melius acturos. Sed nec exercitus eius alia q̄ regis
animorum presumptio fuit. Quippe oblii omnes
coniugum liberorumq; & longum longosq; a domo
militie: persicum aurum & totius orientis opes iam
quasi suam predam ducebant: nec belli periculorū q;
sed diuitiarum meminerant. Cum delati in contri
nentem essent: primus Alexander iaculum uelut

in hostilem terram iecit armatusq; de nau tripudiãn
similis prosiluit / atq; ita hostas cedit / precatur ne
regem illi terre immẽte munte accipiant . Inibo q;
ad tumulos eorum / qui troiano bello ceciderant / pa-
rentauit . Inde hostem petens militeſ a populatione
asie prohibuit / parcendum suis rebus prefatus / nec
perdenda ea / que possessum uenerint . In exercitu
eius fuere peditum triginta duo milia / equitum
quatuor milia quingenti nauel / centum octoginta
due . hac tam parua manu uniuersum terrarum
orbem utrum sit admirabilius uicerit / an aggredi
ausus fuerit incertum est . Cum ad tam periculo-
sum bellum exercitum legeret non minoreſ robu-
stos / nec primum florem etatis / sed ueteranos ple-
rosq; etiam emeriti militie / qui cum patre parriusq;
militauerant / elegit / ut non tam militeſ q̃ magi-
stros militie lectos putareſ / ordineſ quoq; nemo nisi
sexagintarius duxit / ut si principia castrorum
cerneres senatum te prisce alicuius rei-p- uidere
diceres . Itaq; nemo in prelio fugam / sed uictoriã
cogitauit / nec in pedibus cuiquam spes / sed in lacer-
tis fuit . Contra rex persarum Darius fiducia uirtũ
nichil astu agere / affirmans suis occulta consilia uic-
torie furtiue conuenire / nec hostem regna finibus
arcere / sed in intimum regnum accipere / glorioſi⁹
ratus repellere bellum q̃ non admittere . Prima igit̃
congressio in campis adrasteis fuit / in acie persarum
sexcenta milia militum fuere / que non minus arte
Alexandri q̃ uirtute macedonum superata terga uer-

terunt. Magna itaq; cedes persarum fuit: de exercitu
Alexandri nouem pedites centum uiginti equites ceci
dere: quos rex impense ad ceterorum solatia humatos
statuis equestribus donauit: cognatisq; eorum immu-
nitates dedit: post uictoriam maior pars ad eum de-
fecit. Gessit & plura bella cum prefectis darii: in qb⁹
iam non tam armis q̄ terrore nominis sui uicit. Dum
hec agunt⁹ interim indicio captum ad eum defert⁹
insidias ei ab Alexandro incestarum genero antipa-
tri: qui prepositus macedonie erat parari ob quam
causam timens ne quis interfecto eo in macedonia
motus oriretur in uinculis eum habuit. Post hec gor-
dien urbem petit: que posita est inter frigiam maiorē
& minorem: cuius urbis potiunde non iam propter
predam cupido eum cepit: sed quod audierat in
ea urbe in templo iouis regium gordi positum: cuius
nexum siquis soluisset eum tota asia regnaturum
antiqua oracula cecinisse. huius rei causa & origo illa
fuit. Gordius cum nichil regionibus bubus conduc-
tis araret: aues eum omnis generis circumuolare
ceperunt: profectus ad consulendos augures uicine
urbis obuiam in porta habuit uirginem exime
pulchritudinis: percontatusq; eam quem potissimū
augurem consuleret: illa audita causa consulendi
gnara artis: ex disciplina parentum regnum por-
tendi respondit: polliceturq; se & matrimonii &
spei sociam tam pulchra conditio prima regni feli-
citas indebatur. Post nuptias inter phrigias orta
seditio est consulentibus de fine discordiarum: ora-

cula responderunt regem discordiis opus esse.
Iterato querentibus de persona regis iubentur
eum regem obseruare quem reuersi primum in
templum iouis eumtem plaustro repperissent uiri
obuius illis gordius fuit statimq, eum regem con-
salutant. Ille plaustrum quo iubente regnum ei
delatum fuerat in templo iouis positum maiestati
regie consecrauit. Post hunc filius mida regnauit
qui ab orpheo sacrorum solemnibus initiatus phri-
giam religionis implenit quibus tutior omni uita
q̄ armis fuit. Igitur Alexander capta urbe cum
in templum iouis uenisset nigrum plaustri requi-
sinit. Quo exhibito cum capta loramentorum
intra nodos abscondita reperire non posset uio-
lentius oraculo usus gladio loramenta cedit atq;
ita resolutis nexibus latentia in nodis capita inue-
nit. Hec illi agenti nuntiatur darium cum ingēti
exercitu aduentare itaq; timens angustias magna
celeritate montium transcendit neq; festinatione
quingenta stadia cursu fecit. Cum tharsum uenis-
set captus scydni fluminis amenitate per medi̅a
urbem influentis proiectis armis plenus puluere
ac sudoris in prefrigidam undam se proiecit. cū
repente tantus neruos eius occupauit rigor ut
intercluſa uoce non spes modo remedii sed nec
dilatio periculi inueniretur. Vnus erat ex medicis
nomine philippus qui solus remedium pollicetur
sed & ipsum parmenionis pridie a cappadocia
missa epistola suspectum faciebat qui gnarus in-

firmitatis Alexandri scripserat a philippo medico
caueret: nam corruptum illum Dario ingenti pe-
cunia esse: tutius tamen ratus dubie se fidei me-
dici credere q indubitato morbo perire. Accepto
igitur poculo epistolam medico tradidit: atq ita
inter bibendum oculos in multum legentis inten-
dit: ut secum consp exit: letior factus est: sa-
nitatemq quarta die recepit. Interea Darius cū
quadringentis milibus peditum & centum milib9
equitum in aciem procedit: mouebat hec multi-
tudo hostium respectu paucitatis sue Alexandrī:
sed interdum reputabat quantas res cum ista pau-
citate gessisset: quantosq populos fudisset. Itaq
cum spes metum uinceret periculosius differre
bellum ratus: ne desperatio suis cresceret: circum
uectus suos singulas gentes diuersa oratione allo-
quitur. Illyrios & thracas opum ac diuitiarum
ostentatione: grecos ueterum bellorum memoria
interne cuiq cum persis odio accendebat: macedo-
nas autem nunc europe uicte ammonet: nunc
inuentos illis toto orbe pares uiros gloriatur: cete-
rum & laborum finem hunc & glorie cumulum
fore: atq inter hec identidem consistere aciem
iubet: ut hac mora consuescant oculis turbam ho-
stium sustinere. Hec Darii segnis opera in ordi-
nanda acie fuit: quippe omissis ducum officiis ipse
omnia circumire: singulos hortari ueteris glorie
persarum imperiiq perpetue a diis immortalib9
date possessionis admonere. Post hoc prelium mgē-

tibus ammis committitur / in eo uterq; rex uul-
neratur / tam diu certamen anceps fuit / quoad
fugeret darius / ex inde cedes persarum secuta est /
cesa sunt peditum unum & sexaginta milia . Ex
macedonibus equitum decem milia / capta qua dra-
ginta milia . Ex macedonibus cecidere pedites tre-
centum triginta / equites centum quinquaginta /.
In castris persarum multum auri ceterarumq; opum
inuentum inter captiuos castrorum mater & uxor /
eidemq; soror & filie due darii fuere / ad quas ulse
das hortandasq; cum Alexander ueniret / conspectis
armatis in uicem se amplexe uelut statim morientes
complorationem ediderunt . Protinus demde ge-
nibus alexandri / non mortem / sed dum darii corpo
sepeliant dilationem mortis deprecantur / motus tāta
mulierum pietate Alexander / & darium uiuere
dixit / & timentibus mortis metum dempsit / easq;
& haberi & salutari ut reginas precepit / filias quoq;
non sordibus sordidius dignitate patris sperare ma-
trimonium iussit . Post hec opes darii diuitiarumq;
apparatum contemplatus admiratione tantarum
rerum capitur . Tunc primum luxuriosa conuiuia
& magnificentia epularum sectari tunc & barsenen
captiuam diligere propter forme pulchritudinem
cepit / a qua postea susceptum puerum herculem no-
cauit . Memor tamen adhuc darium uiuere / par-
menionem ad occupandam persicam classem alios q;
amicos ad recipiendas asie ciuitates misit . Que stati
audita fama uictorie ipsis darii prefectis cum auri

magno pondere tradentibus se in potestatem uic-
torum uenerunt: tunc in syriam proficiscitur: ubi ob-
uios cum insulis multos orientis reges habuit: ex
his promeritis singulorum alios in societatem rece-
pit: aliis regna ademit suffectis in loca eorum no-
uis regibus. Insignis preter ceteros fuit abdolomi-
nes ab Alexandro sidonie constitutus: quem Alexã-
der cum operam oblocare ad puteos exhauriendos
ortos q irrigandos solitus esset misere inopem exhibẽ-
tem regem fecerat. spretis nobilibus ne generis id
non dantis beneficium putarent. Tyriorum cum tas
cum coronam auream magni ponderis per legatos in
titulum gratulationis Alexandro misisset: grate mu-
nere accepto. tyrum se ire uelle ad uota herculi
reddenda dixit. Cum legati rectius id eum tyro
uetere & antiquiore templo factum dicerent:
deprecantes eius introitum ita exarsit: ut urbi ex-
cidium minaretur. confestimq exercitu insulę
applicato non minus animosis tyrus fiducia cartha-
ginensium bello excipitur. Augebat enim tyrus
animos sidonis exemplum: que carthagine condi-
ta tertiam partem orbis quesisset. turpe ducentes
se feminis suis plus animi fuisset in imperio q̃rendo
q̃ sibi intuenda libertate: amota igitur imbelli etate:
& ex carthagine mox auxiliis: non magno post tẽ-
pore per proditionem capiuntur. Inde rhodum
Alexander egiptum ciliciam sine certamine cepit.
Adiouem deinde ammonem pergit: consulturus
& de euentu futurorum & de origine sua. Nãq

mater eius olympias confessa uiro suo fuerat Alexan-
drum non ex eo se: sed ex serpente ingentis magnitu-
dinis concepisse. Denique philippus ultimo prope ante
tempore filium suum non esse palam predicauerat.
qua ex causa olympiadam uelut stupri compertam
repudio dimiserat. Igitur Alexander cupiens ori-
ginem diuinitatis acquirere: simul ut matrem
infamia liberare per premissos subornat antistites
quid sibi responderi uellet. Ingredientem templū
statim antistites ut ammonis filium salutant. Ille
letus de adoptione hoc se patre censeri iubet: rogat
deinde an omnes interfectores parentis sui sint ult?
respondetur patrem eius nec interfici posse: nec inori
regis philippi peractam ultionem. Tertia interroga-
tione poscenti victoriam omnium bellorum pos-
sessionemq; terrarum dari respondetur. Comitibꝰ
quoq; suis responsum ut Alexandrum pro deo non
pro rege colerent. Hinc illi aucta insolentia mirumq;
animi increuit tumor exempta comitate: quam &
grecorum litteris & macedonum institutis didicerat:
reuersus ab ammone alexandriam condidit & colo-
niam macedonum caput esse egipti iubet. Darius
cum babilonam perfugisset per epistolas Alexan
drum precatur rechmendarum sibi captiuarum po-
testatem faciat: in que eam rem magnam pecuniā
pollicetur: sed Alexander pretium captiuarum re-
gnum omne: non pecuniam petit. Interiecto tē-
pore alie epistole Darii Alexandro reddūtur:
quibus filie matrimonium & regni portio offert.

Sed Alexander sua sibi dari rescripsit: iussitq;
supplicem uenire: regna arbitria uictori permit-
tere. Tunc spe pacis amissa bellum tarnis reparat
& cum quadringentis milibus peditum: centū
milibus equitum obuiam uadit Alexandro. In-
utmere nuntiatur uxorem eius ex collisione
abiecta partus decessisse: eiusq; morte ullachryma-
tum Alexandrum exequiasq; benigne prosecutū
idq; cum non amoris: sed humanitatis causa fe-
cisse. Nam semel tantum eam ab Alexandro ui-
sam esse: cum matrem parunlasq; filias eius fre-
quenter consolaretur. Tunc se ratus uere uictū
cum post prelia etiam beneficiis ab hoste superā-
retur: gratumq; sibi esse si uincere nequeat: qđ
a tali potissimum uinceretur. Scribit itaq; &
tertias epistolas & gratias agit: qđ nichil hostile
in suos fecerit: offert deinde ei maiorem partem
regni usq; eufraten flumen: & alteram filiam
uxorem pro reliquis captiuis triginta milia ta-
lentum. Ad hec Alexander gratiarum actionē
ab hoste superuacaneam esse respondit: nec a se
quicquam factum in hostis adulationem: nec qđ
in dubios belli exitus aut in legis pacis sibi lenocī-
nia quereret: sed animi magnitudine: qua dici-
cerit aduersum uires hostium: non aduersum
calamitatem contendere: pollicetumq; prestaturū
se a Dario si secundus sibi non par haberi uelit:
ceterum neq; mundum posse duobus solibus regi:
nec orbem summa duo regna saluo statu terray

habere / proinde aut decisionem ea die / aut in
posteram aciem paret / nec polliceatur sibi aliam
q̄ sit expertus victoriam . Postera die aciem pro-
duxerunt cum repente ante prelium confectum cu-
ris Alexandrum somniis arripuit / cum ad pugn̄
solus rex deesset a parmenione egre excitatus /
querentibus somni causas omnibus inter pericula
cum etiam in otio semper perparcior fuerit / mag̃
se metu liberatum aut / somnumq; sibi a repentina
securitate datum / quod liceat cum omnibus da-
ri copiis confligere ueritum se longam belli mor̃a
si perse exercitum diuisissent . Ante prelium utraq;
acies hostibus spectaculo fuit / macedones multitu-
dinem hostium / corporum magnitudinem / ar-
morum pulchritudinem mirabantur / perse a tam
paucis tecta suorum tot milia stupebant / sed nec
duces circumire suos cessabant / Darius unde dem̃s
armeniis singulos hostes si diuisio foret euenire
dicebat / Alexander macedonas monebat ne mul-
titudinem hostium / ne corporis magnitudinem
uel coloris nouitate mouerentur / tantum memi-
nisse iubet / cum isdem se tertio pugnare / nec
meliores factos putarent fugam / cum in aciem
secum tam tristem memoriam cedium suarum / &
tantum sanguinis duobus preliis fusum ferrent
& quemadmodum Dario maiorem turbam homi-
num esse / sic ut rorum sibi / hortatur / sperent illā
aciem auro & argento fulgentem / in qua plus p̄de
q̄ periculi sit / cum victoria non ornamentorum

decore: sed ferri uirtute queratur. Post hec pre-
lium committitur: macedones in ferrum cum
contemptu totiens a se uicti hostis ruebant: contra
perse mori q̃ umci preoptabant. Raro in alio plio
tantum sanguims fusum est. Darius cum umci suos
uideret mori & ipse uoluit: sed a proximis fuge
compulsus est. Suadentibus deinde quibusdam ut
pons eygni fluminis ad iter hostium impediendum
intercluderetur: non ita se saluti sue uelle consul-
tum ait: ut tot mlia sociorum hosti obiciat: de-
bere etiam & aliis fuge uiam patere: que pauerit
sibi. Alexander autem periculosissima queq; aggre-
diebatur: ut ubi confertissimos hostes acerrime pu-
gnare conspexisset: eo se semper ingerebat pericu
laq; sua esse non multum uolebat. Hoc prelio asie
imperium rapuit quinto post acceptum regnō ano
cuius tanta felicitas fuit: ut post hec nemo rebella-
re ausus sit: patienterq; perse post imperium tot
annorum iugium seruitutis acceperint. Donatis
refertisq; militibus triginta quatuor diebus pre-
dam recognouit: in urbe deinde clausa quadra-
ginta mlia talentum inuenit: expugnat & per
sepolim caput persici regni urbem multis annis
illustrem refertamq; orbis terrarum spoliis: que
in interitum eius primum apparuere. Inter hec
octingenti admodum greci occurrunt Alexādro
qui penam captiuitatis truncata parte corporis tu-
lerant rogantes: ut sicuti greciam se quoq; ab ho-
stium crudelitate uindicaret: data potestate

redeundi agros accipere maluerunt: ne non tã
gaudium parentibus q̃ detestandum sui conspec-
tum reportarent. Interea darius in grauem uecto-
ris a cognatis suis aureis compedibus cathenisq; in
uico parthorum thara uincitur. credo uta diis im-
mortalibus iudicantibus: ut interea eorum qui
successuri imperio erant persarum regnum fini-
retur. Alexander quoq; citato cursu postera die
superuenit. ibi cognouit darium clauso uehiculo
per noctem exportatum. fusso igitur exercitu
subsequi: cum sex milibus equitum fugientem
insequitur: in itinere multa & periculosa prelia
facit. emensus deinde plura milia passuum cũ
nullum darii iudicium reppertisset respirandi eqs
data potestate unus e militibus dum ad fontem pro-
ximum pergit in uehiculo darium multis uulne-
ribus quidem confossum: sed spirantem adhuc
inuenit. qui applicato captiuo cum ciuem ex uoce
cognouisset id saltem presentis fortune habere se
solatium dixit. quod apud intellecturum locutum
esset. nec incassum postremas uoces emissurum:
referri hec iubet Alexandro: se nullis in eum mer-
torum officiis maximorum illi debitorem mori
qđ in matre liberisq; suis regium eius non hostilẽ
animum expertus felicius hostem q̃ cognatos pro-
pinquosue sortitus sit. quippe matri & liberis
suis ab eodem hoste uitam datam sibi. a cognatis
ereptam. quibus & uitam & regnum dederit.
quamobrem gratiam illis eam futuram. quam ipse

uictor uoleꝛ. Alexandro referre se quam solam
morienꝭ gratiam / precari superum inferumq;
numina & regales deos / ut illi terrarum omniũ
uictori continuat imperium / pro se iustam magis
q; grauem sepulture uenam orare / quod admo-
nem pertineat iam non suam / sed exemplum com-
tumemq; omnium regum esse causam / quam
negligere illi & indecorum & periculosum esse /
quippe cum altero iustitia emꝭ / in altero etiam
utilitatiꝭ causa uersemur / inquam rem unicum
pignuꝭ fidei regie dextram a se ferendam alexã-
dro dare. Post hec porrecta manu expiranit / que
ubi Alexandro nuntiata sunt / uiso corpore deſſẽ-
ti tam indignam illo fastigio mortem lachrumiꝭ
prosecutuꝭ est / corpusq; regio more sepeliri / &
reliquias eius maiorum tumuliꝭ inferri iussit.

ALexander in persequendo dario amissos mi-
liteꝭ magnis funerum impensis extulit /
reliquis expeditionis eius socius tredecim
milia talentum diuisit / equorum maior
pars estu amissa / inutiles etiam qui superfuerãt
facti / pecunia omnis centum nonaginta milia
talentum excuatana congesta / eiq; parmanio p̃-
positus. Dum hec aguntur epistole an patri e
macedonia et redduntur / quibus bellum agidis
regis sparthanorum in grecia nuntiatur / bellũ
alexandri regis epiri in italia bellum sophronis
prefecti eius in sicylia in scythia continebatur /

quibus uarie affectus : plus tamen letitie coortus
mortibus eorum emulorum regum q̄ doloris amis
si cum sophitione exercitus cepit . Nanq; post
profectionem Alexandri grecia ferme omnis in
occasionem recuperande libertatis ad arma concur
rerat auctoritatem lacedemoniorum secuta / qui
philippi alexandriq; & pacem sibi soli spreuerant /
& leges respuerunt / Dux huius belli agis rex lace
demoniorum fuit / quem motum antipater contrac
tis undibus in ipso ortu oppressit / & magna tam
utrinq; cedis fuit . Ageſ rex cum suos terga dātes
uideret / dimissis satellitibus / ut Alexandro felici
tate non uirtute inferior uideretur / tantam stragē
hostium edidit / ut agmina interdum fugaret ac
postremum & si a multitudine uictus gloria tñ
omnes uicit . Porro Alexander rex epyri in italiā
auxilia a tarentinis aduersus brutios deprecantibꝰ
sollicitatus / ita cupide profectus fuerat uelut in
diuisione orbis terrarum Alexandro olimpiadis
sororis sue filio oriens sibi occidens sorte contigis
set non immorem rerum materiam in italia africa
siciliaq; q̄ ille in asia & in persis habiturus hinc acce
debat / quod sicut Alexandro magno delphica
oracula insidias in macedonia / ita huic responsum
dodonei iouis urbem pandosiam amnemq; acheru
sium predixerat / que utraq; cum epyro essent
ignarus eadem & in italia esse ad declinanda
fatorum pericula . peregrinam militiam cupidꝰ
elegerat . Igitur cum in italiam uenisset primum

illi bellum cum apulis fuit / quorum cognito urbis
fato breui post tempore pacem & amicitiam cum re-
ge eorum fecit. Erat nanq; tunc temporis urbs apu-
lis brundusium / quam etoli secuti fama rerum in
troia gestarum clarissimum ac nobilissimum du-
cem diomeden condiderant / sed pulsi ab apulis
consulentes oracula responsum acceperant / locum
quem repetissent / perpetuo possessuros. hac igit̃
ex causa per legatos cum belli commutatione resti-
tui sibi ab apulis urbem postulauerant / sed ubi apu-
lis oraculum innotuit / interfectos legatos in urbe
sepeliernnt perpetuam sibi sedem habituros / atq;
ita defuncti responso diu urbem possederunt. quod
factum cum cognouisset Alexander antiquitatis
fata ueneratus bello apulorum abstinuit. Gessit
cum brutiis lucanisq; bellum / multasq; urbes cepit
cum metapontis & pediculis & romanis fedus amici-
tiamq; fecit / sed bruttii lucaniq; cum auxilia a fini-
timis contraxissent / acrius bellum repetiere.
ibi rex uncta urbem pandosiam & flumen ache-
ronta / non prius fatalis loci cognito nomine q̃ oc-
cideret / interficitur moriensq; non in patria fuisse
sibi periculosam mortem propter quam patriam
fugerat / intellexit / corpus eius tyrii publice re-
demptum sepulture tradiderunt / Dum hec in
italia aguntur zophyrion quoq; prefectus ponti
ab Alexandro magno relictus / ocios̃um se ratus
si nichil & ipse gessisset / adunato triginta milit̃
exercitu scythis bellum intulit / cesusq; cum oib;

copiis penas temere illati belli gentium innocue luit.
hec cum nuntiata in parthia Alexandro essent simu-
lato merore propter Alexandri cognationem exer-
citui suo triduo luctum indixit: omnibus deinde
uelut perpetrato bello militum reditum in patriam
spectantibus coniugesq; ac liberos suos animo iam
quodammodo complectentibus ad contionem exer-
citum uocat. Ibi nichil actum tot egregiis preliis
ait/ si incolumis orientalis barbaria relinquatur: non
se corpus/ sed regnum petisse darii/ persequendosq;
eos esse/ qui a regno defecerint. hac oratione uelut
ex integro mutatis militum animis hircaniam ar-
dasq; subegit: ibi ei occurrit thalestres siue minie
amazonum regina cum trecentis mulibus mulierū
triginta quinq; dierum inter confertissimas gentes
itinere confecto ex rege liberos confertum quesitu-
ra. Cuius conspectus aduentusq; admirationi om-
nibus fuit/ & propter insolitum feminis habitum
& propter expetitum concubitum ob hoc tredecim
diebus ocio a rege datis/ ubi est musa neterim impleſ-
se discessit. Post hec Alexander habitum regum p-
sarum & diadema insolitum antea regibus mace-
donicis uelut in leges eorum/ quos uicerat/ transiret
assummit/ que ne inuidiosius in se uno conspice-
rentur amicos quoq; longam uestem auratam pur-
pureamq; sumere iubet: ut luxum quoq; sicut
cultum persarum imitaretur/ inter pellicum regia-
rum greges electe pulchritudinis nobilitatisq; noc-
tium uices diuidit. his rebus ingentes epularum

apparatus adicit ne ferrum & destructa luxuria ni-
deretur. Conuiuium q, iuxta regiam magnificetiam
ludis excornat immemor prorsus tantas opes amitti
his moribus non queri solere. Inter hec indignatio
omnium totis castris erat a philippo illum patre
tantum degenerasse: ut etiam patrie nomen eui-
taret moresq, persarum assummeret, quos propter
tales mores uicerat: sed ne solus uitiis eorum, quos ar-
mis subegerat, subcubuisse uideretur militibus quoq,
suis permisit si quarum captiuarum consuetudine
tenerentur, ducere uxores existimans minorem in
patriam reditus cupiditatem futuram habentibus
in castris imaginem quandam larum ac domestice
sedis simul & laborem militie molliorem fore dul-
cedine uxorum. In supplementa quoq, militum
minus exhaurirri posse macedoniam si ueteranis pa-
tribus tyrones filii succedent, militaturi in uallo in
quo essent nati constantioresq futuri si non solum
uocabula: uerum & incunabula in ipsis castris po-
suissent, que consuetudo in successores quoq, Alexā-
dri manet. Igitur & alimenta pueris statuta &
instrumenta armorum equorumq, iuuenibus da-
ta: & patribus pro numero filiorum premia statu-
ta: si quorum patres occidissent: nichilominus pu-
pilli stipendia patrum trahebant, quorum pueri-
tia inter uarias expeditiones militia erat. Itaq, par-
uula etate laboribus periculisq, indurati inuictus
exercitus fuere: neq, castra aliter q̄ patriam: neq
pugnam aliud q̄ uictoriam ducere, hec soboles nō-

habuit e
statutum
stea orig
Alexand
cepit: n
suorum
propter
tate reg
questio
nes unu
sum mi
rare mel
essent u
uulgare
scaretur
uictorie
suis seri
fasces ep
cognito
eos, qui
aut cons
distribu
nos acta
morabar
bassos u
diderat
perfidie
putans
amicum

habuit epigoni. Parthis deinde dominis prefectus his
statuitur exnobilibus persarum andragora. unde po-
stea originem parthorum reges habuere. interea
Alexander non regio/sed hostili odio seuire in suos
cepit: maxime indignabatur carpi se sermonibo
suorum patris philippi patriq; moresq; subuertisse
propter que crimina parmenio quoq; senes dignu-
tate regi proximus cum philota filio de utroq; pri
questionibus habitis interficitur. fremere itaq; om-
nes uniuersis castris cepere. innocui senis filii q; ca-
sum miserantes. interdum se quoq; non debere spe-
rare meliusq; dicentes. que cum nuntiata Alexandro
essent uerens ne hec opinio etiam in macedonia di-
ulgaretur. & uictorie gloria seuitie macula infu-
scaretur simulat se examicis. quosdam in patriam
uictorie nuntios missurum hortatur milites suos
suis scribere rariorem habituris occasiorem. Datos
fasces epistolarum tacite ad se deferri iubet. ex qbo
cognito de se singulorum iudicio in unam cohortē
eos. qui de rege diutius opinati fuerant. contribuit
aut consumpturus eos aut in ultimis terris in colonias
distributurus. Inde drancas euergit. asparum pamme-
nos ad aspios ceterosq; populos. qui in radice caucasi
morabantur. subegit. interea unus ex amicis. darii
bassos uinctus perducitur. qui regem non solum pro-
diderat. uerum & interfecerat. quem in ultionem
perfidie excruciandum fratri darii tradidit re-
putans non tam hostem suum fuisse darium. q̄
amicum eius. a quo esset occisus. & ut in his terris

nomen relinqueret. Vrbem alexandriam super am-
nem tanaim condidit intra diem septimum decimū
muro sex milia passuum consumato translatis eo triū
ciuitatum populis / quas cyrus conciderat. In bactria-
nis quoq. sogdianisq. duodecim urbes condidit. distri-
butis his quoscumq. in exercitu seditiosos habebat. His
ita gestis solemni die amicos in conuiuium uocat / ubi
orta inter ebrios rerum a philippo gestarum mentiō
preferri se patri ipse rerumq. suarum magnitudinem
extollere celo tenus cepit assentante maiore conui-
uarum parte / itaq. cum unus e sembus clitos fidu-
cia amicitie regie / cuius palmam tenebat / memoriam
philippi tueretur / laudaretq. eius res gestas adeo re-
gem offendit / ut telo a satellite rapto eiusdem in
conuiuio trucidauerit / qua cede exultans mortuo
patrocinium philippi laudemq. paterne milicie obiec-
tabat / postquam satiatus cede animus conquieuit / &
in ire locum successit estimatio / modo personam occisi
modo causam occidendi considerans pigere eum facti
cepit / quippe paternas laudes tam iracunde accepisse
se q̄ nec commoda debuisset / amicumq. senem & inno-
xium a se occisum inter epulas & pocula dolebat.
Eodem igitur furore in penitentiam / quo prius in
iram uersus mori uoluit. Primum impetus progressi
amplecti mortuum / uulnera tractare & quasi audienti
confiteri dementiam arreptumq. telum in se uertit
peregisseq. facinus / nisi amici interuenissent. Mansit
hec uoluntas moriendi etiam sequentibus diebus, acces-
serat enim penitentie nutricis sue & sororis clyti re-

cordatio / cuius absentis eum maxime pudebat / tam
fedam illi alimentorum suorum mercedem redditam
ut in cuius manibus puerilem egerat / huic iuuenis &
uictor pro beneficiis funera remitteret / reputabat
deinde quantum in exercitu suo / quantum apud de-
uictas gentes fabularum atq; mundie / quantum apd
ceteros amicos metum & odium sui fecerit / q̃ amarum
& triste reddiderit reddiderit communem sum / non
armatus in acie q̃ in conuiuio terribilior. Time parme-
nion & philotas time amyntas consobrinus / time nouer
ca, fratresq; interfecti / time attalus / eurilocus / pausa-
nias / aliiq; macedome extincti principes occurrerunt
ob hec illi quatriduo perseuerata in ea est / donec exer-
citus uniuersi precibus exoratus est / precantisq; ne-
ita mortem unius dolebat / ut uniuersos perdat / q̃s
in ultimam deiecto barbariam inter infestas & irri-
tatas bello gentes destituat / multum profuere callisthe-
nis philosophi preces / conuiscipulatu apud Aristotelem
familiaris illi / & tunc ab ipso rege ad prodenda me-
morie acta eius accitus / reuocato igitur ad bella ani-
mo / corasmosq; & dabas in deditionem accepit / dein
quod primo ex persico superbie regie more distule-
rat / ne omnia pariter mundiosiora essent non salu-
tari / sed adorari se iubet / acerrimus inter recusantes
callisthenis fuit / que res & illi & multis principib
macedonum exitio fuit / siquidem sub specie insidia-
rum omnes interfecti / retentus tamen est / a macedon
bus mos salutandi regis explosa adoratione. Post hec
indiam petit / ut occeano ultimoq; oriente finiret impe-

rum / cum gloria & cum exercitus ornamenta commutant / falerasq; equorum & arma militum argento inducit / exercitumq; summa ob argenteos clipeos argyraspidas appellat / cum ad ultimam urbem uenisset opidanis non repugnantibus fiducia religionis liberi patris a quo condita urbs erat / parcens iussit / Ceruis non minimam tantum / uerum & uestigia se dei secutum tuc ad spectaculum sacri montis duxit exercitum naturalibus bonis uite edera atq; non aliter uestiri quam si manu cultus magis mirabilem q; colentium q; industria exornatus esset / Sed exercitus eius / ubi ad montem accessit repentino impetu mentis insacris dei ululatu instinctus / cum simpore regis sine nocte discurrit / ut intelligeret non tam opidanis se parcendo / q; exercitui suo consuluisse / Inde montes dedalos regnaq; cleophadis regine pent / que cum se dedisset ei concubitu redemptum regnum ab Alexandro recepit / illecebris consecuta / quod armis non potuerat / filiumq; ab eo genitum alexandrum nominauit / qui postea regna indorum potitus est / Cleopis regina propter prostratam pulchritudinem scortum regium ab indis exinde appellata est peragrata india cum ad saxum mire asperitatis & altitudinis / in quod multi populi confugerant / peruenit / cognouit herculem ab expugnatione eius saxi terremotu prohibitum / captaq; cupidine herculis acta superare cum summo labore ac periculo potitus saxo eius omnes loci gentes in deditionem accepit / Vnus ex regibus indorum fuit porus nomine uiribus corporis & animi

parter insignis: qui bellum iam pridem auctu Alexandri opinione in aduentu eius parabat: commissoq; prelio exercitum suum macedonas inuadē iubet: sibi regem eorum priuatum hostem deposcit: nec Alexander pugne moram fecit: sed prima congressione vulnerato equo cum precepsl ad terram decidisset concursu satellitum seruatur. Porus multis vulneribus obrutus capitur: qui tectum se adeo doluit: ut cum uictū ab hoste accepisset: neq; cibum sumere uoluit: neq; vulnera curari passus est: egreq; sit ab eo obtentum ut uellet uiuere: quem Alexander ob honorem uirtutis incolumem in regnum remisit. Duas ibi urbes conditas: unam nicem: alteram ex nomine equi bucephalam uocauit. Inde arestas sateanos presidiis cōtinuis cesis eorum exercitibus expugnat. Cum ad oceanum uenisset ubi eum hostium & ce milia equitum operiebantur exercitus omnis non minus uictoriarum numero q; laboribus fessus lachrimas eum deprecatur finem tandem bellis faceret: aliquando patrie redituq; meminisset: respiceret militum animos: quibus uix etas ad reditum sufficeret: & ostenderet alius cruentem: alius vulnera: alius etate consumpta corpora: alius cicatricibus exhausta: solos se esse: qui duorum regum philippi Alexandriq; continuam militiam pertulerint. Tandem orare ut reliquas saltem suas paternis sepulchris reddat: quorum non tam studiis deficiatur q; armis & si non militibus uel ipsi sibi parcat: ne fortunam suam nimis onerando fatiget. Motus his tam iustis

precibus uelut in finem uictorie castra solito magnificentiora fieri iussit. quorum motionibus & hostis terreretur. & posteris admiratio sui relinqueret. nullum opus militi letius fecere. itaq; cesis hostibus cum gratulatione in eadem reuerterunt. Inde Alexander ad amnem agesinem pergit. per hunc in oceanum deuehitur. ibi agesinas siros q; quos hercules conduxit in deditionem accepit. hinc mandrosi & sugambros [illegible] que gentes cum armatis octoginta milibus peditum. & sexaginta milibus equitum excipiunt. cum prelio uictor esset exercitum ad urbem eorum duxit. quam desertam a defensoribus cum de muro. quem primus ceperat. animaduertisset. in urbis planitiem sine ullo satellite desiliit. Itaq; cum eum hostes solum conspexissent. clamore edito undiq; concurrunt. si possent in uno capite orbis bella finire. & ultionem tot gentibus dare nec inmus Alexander constanter restitit. & unus aduersus tot milia preliatur. incredibile dictu est. ut eum non multitudo hostium. non uis magna telorum. non tantus lacessentium clamor terruerit. solus tot milia ceciderit. ac fugauerit. Vbi uero obrui multitudine se uidit. trunco se. qui propter murum stabat. applicuit. cuius auxilio tutus cum diu agmen sustinuisset. tandē cognito periculo eius amici ad eum desiliunt. ex quibus multi cesi prelium q; tam diu ancepsi fuit. quoad omnis exercitus muris deiectus in auxiliū ueniret. In eo prelio sagitta sub mamma traiect-

cum sanguinis fluxu deficeret genu posito tam diu
preliatus est donec eum a quo uulneratus fuerat
occideret curatio uulneris grauior ipso uulnere
fuit itaq; ex magna desperatione tandem saluti
redditus poliperconta cum exercitu babilonam
mittit ipse cum letissima manu nauibus conscensis
occeani litora peragrat cum uenisset ad urbem
ambiregis opidum inuictum ferro audientes sa
gictas ueneno armant atq; ita gemmo mortis uul
nere hostem a muro submouentes plurimos inter
ficiunt. Cum inter multos etiam o ptolomeus uul
neratus esset moriturusq; iam iamq; uideretur
per quietem regi monstrata in remedia ueneni her
ba est qua in potu accepta statim periculo libera
tus est maiorq; pars exercitus hoc remedio seruata
expugnata deinde urbe reuersus in naues occea
no libamenta dedit prosperum in patriam re
ditum precatus ac ueluti curru circa metam acto
positis imperii terminis qua sinus aut terrarum
solitudines prodire posse sunt aut mare nauiga
bile fuit. Secundo estu hostio fluminis inclu
ditur ibi in monumenta a se rerum gestarū
urbem barcen condidit araq; statuit relicto ex
numero amicorum littoralibus inclis prefecto.
Inde iter terrestre facturus cum aridam locā medii
tinneris ducerentur puteos oportunis in locis
fieri precepit quibus ingenti dulci aqua inuenta
babilonam redit. Ibi multe deinde gentes pre
fectos suos accusauerunt quos sine respectu inn

citue Alexander in conſpectu legatorum necari
iuſſit / filiam poſt hec Darii regis ſtatiram in
matrimonium recepit / ſed & optimatibuſ ma
cedonum lectaſ exomnibuſ gentibuſ nobiliſſi
maſ uirgines tradit / ut commimi facto crimen
regiſ leuaretur. Tunc ad contionem exercituſ uo
cat / & promittit ſe eſ alienum propria omnium
impenſa ſoluturum / ut predam premaq, inte
gra domoſ ferant. Inſignis hec magnificentia
non ſumma tantum / uerum etiam titulo nimi
nis fuit / nec a creditoribuſ gratiuſ accepta /
quoniam utriſq, exactio pariter ac ſolutio dif
ficileſ erant. Viginti milia talentum in hoſ ſum
ptuſ expenſa / dimiſſiſ ueteranuſ exercitum
excumioribuſ ſupplet. Sed retenti ueteranorum
diſceſſum egre ferenteſ miſſionem & ipſi flagita
bant / nec annoſ / ſed ſtipendia ſua numerari u
debant / pariter & in militiam letoſ pariter ſa
cramento ſoluu equum cenſenteſ / nec iam preci
buſ / ſed contumacia agebant / iubenteſ eum ſolum
cum patre amone mire bellum / ut militeſ ſuoſ fa
ſtidiat. Contra ille nunc caſtigare militeſ / nunc
lenibuſ uerbiſ admonere / ne gloriosam militiam
ſeditionibuſ infuſcarent / poſtremum cum uerbiſ
nichil proficeret / ad corripiendoſ ſeditionis auc
toreſ tribunali in contionem armatam inermiſ
ipſe deſiluit / & nemine prohibente tredecim cor
reptoſ manu ſua ſupplicium duxit. Tantam uel
illiſ patientiam moriendi metuſ regiſ / uel huic

exigendi supplicii constantiam disciplina militaris
dabat: inde separatim auxilia persarum in contio-
nem alloquitur: laudat perpetuam illorum tum
in se: tum in pristinos reges fidem sua in illos be-
neficia commemorat: ut numquam quasi uictos,
sed uoluntarie uictorie sotios habuerit denique se in illo-
rum non in illos ingentis sue morem transisse affi-
nitatibus connubiorum uictos uictoribus miscuisse.
hoc quoq; aut custodiam corporis sui non macedoni-
bus tantum seuerum & illis credidurum atq; ita
mille ex his iuuenes numerum satellitum legit:
auxiliorumq; portionem formatam in disciplinā
macedonum exercitu suo miscet: quam rem egre
macedones tulerunt iactantes hostes suos in offi-
cium sinum a rege subiectos. Tunc uniuersi flentes
regem adeunt: orant supplicium potius sumerent
se q; contumeliis: qua modestia obtinuerunt: ut
undecim milia militum ueteranorum excusaret
ret: sed exanimes dimissi senes polipercontas gor-
gias polidamas: ammadas: antigenes: dimissis cra-
teriis preponitur: iussus preesse macedonibus in
antipatri locum: antipatrumq; cum supplemento
trium in locum eius uocat: stipendia reuertenti-
bus uelut militantibus data. Dum hec aguntur
unus ex amicis eius ephestion decedit: dotibus pri-
mo forme puertieq; mox obsequiis rege percarus:
quem contra decus regium Alexander diu luxuit
tumulumq; ei duodecim milium talentum fecit:
eumq; post mortem coli & ut deum iussit. Ab ulti-

miſ litoribuſ occeani babillonam reuertenti nuntiat legationeſ carthaginenſium ceterarumq; africe ciui tatum: ſecl & biſpanarum ſicilie gallie ſardinie non nullaſ quoq; ex italia aduentum euiſ babillonie operiri adeo uniuerſum terrarum orbem nominiſ euiſ terror inuaſerat: ut cunctę uelut gentes deſti natoſ regi adularentur. hac igitur ex cauſa ad babi lloniam feſtinanti uelut commentum terrarum or biſ acturo, quidam ex magiſ predixit ne urbem intro ret teſtatuſ hunc locum ei fatalem fore. ob hec omiſſa babillonia in brūſiam urbem tranſ eufraten deſertam olim conceſſit ibi ab Anaxarco philoſopho compulſuiſ eſt, rurſuſ maȝorum predicta contemnere: ut falſa & incerta & ſi fatiſ conſtent ignota mortalibuſ ac ſi na ture debeantur immutabilia. Reuerſuſ igitur babil loniam multiſ diebuſ ocio datiſ intermiſſum olim conuiuium ſolemniter inſtituit: totuſq; in letitiam effuſuſ cum diem noctem ingilando iunxiſſet receden tem iam e conuiuio medicuſ theſſaluſ inſtaurata commeſſatione & ipſum & ſocialeſ euiſ inuitat: acce pto poculo media potione repente uelut telo tranſ fixuſ ingemuit, elatuſq; e conuiuio ſemianimiſ tan to dolore cruciatuſ eſt: ut ferrum inter remedia poſceret, tactumq; hominum uelut uulnera indo leſceret: amici cauſaſ morbi intemperiem ebrietatiſ diſſimulauerunt: re autem uera inſidie fuerunt: quarum infamiam ſucceſſorum potentia oppreſſit. Auctor inſidiarum Antipater fuit: qui cum cariſſi moſ amicoſ euiſ interfectoſ uideret Alexandrum in

ceſtarum generum ſuum occiſum ſe magnis rebus in
grecia geſtis: non tam gratum apud regem q̄ inuidio-
ſum eſſe, a matre quoq; eius olimpiada uariis ſe cri-
minationibus uexatum. huc accedebant ante paucos
dies ſupplicia in prefectos defunctarum nationum cru-
deliter habita. ex quibus rebus ſe quoq; a macedonia
non ad ſocietatem militie: ſed ad penam uocatum
arbitrabatur. Igitur ad occupandum regem caſſan-
drum filium dato ueneno ſubornat, qui cum fratri-
bus philippo & iolla miniſtrare regi ſolebat: cuius
uenenum tanta uis fuit: ut non ere non ferro non
teſta contineretur: nec aliter ferri uſu in ungula
equi potuerit: premonito filio ne aliis quā theſſa
lo & fratribus crederet. hac igitur cauſa apud theſ-
ſalum paratum repetitumq; commentum eſt. philip-
pus & iollas pregustare ac temperare potum regi
ſoliti in aqua frigida uenenum habuerunt, quam
pregustatam etiam potioni ſuper miſerunt. Quarto
die Alexander indubitatam mortem ſentiens, ago
ſcere ſe fatum domus maiorum ſuorum ait, nam
eacidarum plerosq; intra trigeſimum annum de-
functos tumultuantes deinde milites inſidiisq; pe-
riſſe regem ſuſpicantes ipſe ſedauit, eosq; omnes
cum prolatus in editiſſimum urbis locum eſſet
ad conſpectum ſuum admiſit, obſculandumq; dexte-
ram ſuam flentibus porrexit. cum lachrimarent
omnes ipſe non ſine lachrimis tantum, uerum ſine
ullo triſtioris mentis argumento fuit: ut quoſdam
impatientius dolentes conſolatus, quibuſdam man

data ad parentes eorum dedit: adeo sicuti inhostem
ita & in mortem animus inuictus fuit. Dimissis
militibus circumstantes amicos percontatur: ui-
deantur ne similem sibi repertum regem tacen-
tibus cunctis: tunc ipse ut hoc nesciat ita illud sci-
re uaticinariq; se ac pene oculis uidere dixit
quantum sit in hoc certamine sanguinis fusura
macedonia quantis cedibus quo cruore mortuo
sibi parentatura: ad postremum corpus suum in
ammonis templum conci iubet. Cum deficere
eum amici uiderent: querunt quem imperii fa-
ciat heredem: respondit dignissimum. tanta illi
magnitudo animi fuit: ut cum herculem filiū
cum fratrem videret cum roxanem uxorem
pregnantem relinqueret oblitus necessitudinum
dignissimum nuncuparit heredem. prorsus q̄si
nefas esset uiro forti alium q̄ uirum fortem succe-
dere. Aut tanti regni opes aliis q̄ probatis relinq;
hac uoce ueluti bellum inter amicos cecinisset: aut
malum discordie misisset: ita omnes in emulatio-
nem consurgunt & ambitione uulgi tacitum fauo-
rem militum querunt: sexta die precluſa uoce
exemptum digito anulum perdice tradidit: quę
res glissentem amicorum dissensionem sedauit.
Nam & si non uoce est nuncupatus heres: iudicio
tamen electus uidebatur. Decessit Alexander men-
se uno & annos tres & triginta natus: uir supra
humanam potentiam magnitudine animi p̄diti⁹:
qua nocte eum mater olimpias concepit: unsa per

quietem est cum ingenti serpente uolutari / nec dece
pta sommio est / nam profecto manus humana mor
talitate opus utero tulit / quam cum eaciadarum ges
ab ultima seculorum memoria & regna patris fra
tris mariti / ac deincepſ maiorum omnium illustra
uerint / nullius tamen nomine q̄ filii clarior fuit.
Prodigia magnitudinis eius ipso ortu non mulla
appariuere. Nam eo die / qua natus est due aquile
tota die perpetes supra culmen domus patris eius se
derunt / omen duplicis imperii europe asieq; prefe
rentes / eadem quoq; die nuntium pater eius duo
rum uictoriarum accepit / altera belli illirici / altera
certaminis olimpici / in quo quadrigarum curruſ
miserat / quod omen uniuersarum terrarum me
toriam infanti protendebat. Puer acerrimus inte
rarum studiis eruditus fuit exacta puericia per
quinquennium sub Aristotele doctore inclito om
nium philosophorum ceuit. Accepto deinde impe
rio regem se terrarum omnium ac mundi appella
ri iussit / tantamq; fiduciam sui militibus fecit /
ut illo presente nullius hostis arma / nec inermis
timuerint. Itaq; cum nullo hostium unquam con
gressus est / quem non uicerit nullam urbem obse
dit / quam non expugnauerit / nullam gentem
adiit / quam non calcauerit. Victus deniq; ad po
stremum est non uirtute hostili / sed insidiis suorū
& fraude ciuili.

Extincto in ipso etatis flore ac uictoriarum / 13
Alexandro magno / triste apud omnes tota

babilloma ſilentium fuit. Sed nec deuicte gentes
fidem minimo habuere, quod ut inuictum regem
ita immortalem esse credideramt, recordantes quoties
presenti morte ereptus esset, quam sepe ferro amisso
repente se non sospitem tantum sed uictorem obtulisset, ut uero mortis eius fides ad
fuit, omnes barbarie gentes paulo ante ab eo deuicte
non ut hostem eum, sed ut parentem luxerunt. Ma
ter quoq; Darii regis, que amisso filio a fastigio tante
maiestatis in captiuitatem redacta indulgentia uicto
ris in eum diem uite non pertinerat, audita morte
Alexandri mortem sibi ipsa conscium. non quod
hostem filio preferret, sed quod pietatem filii in eo
quem ut hostem timuerat, experta esset. Contra ma
cedones uersa uice non ut ciuem ac tante maiestatis
regem, uerum ut hostem amissum gaudebant &
seueritatem nimiam & assidua belli pericula exe
crantes. huc accedebat quod principes regnum &
imperia uulgus imbutum thesauros & grande pondus auri uelut inopinatam predam spectabant. illi suc
cessionem regni opimi ac diuitiarum hereditate
cogitantes. Erant enim in thesauris quinquaginta
milia talentum, & in annuo uectigali tributo tri
cena milia. sed nec amici Alexandri frustra regnum
spectabant. nam eius uirtutis ac uenerationis erant
ut singulos reges putares. quippe forme pulchritudo
& proceritas corporis & uirium ac sapientie magni
tudo in omnibus fuit. & qui eos ignoraret non
extimia gente, sed ex toto terrarum orbe electos

iudicaret. Neq; enim unquam macedonia antea
uel ulla gens all alia tam clarorum uirorum puētu
floruit / quos primo philippus mox Alexander
tanta cura legerat / ut non tam ad societatem belli
q̄ in succession̄em regni ḍ electi uiderentur. Quis
igitur miretur talibus ministris orbem terrarum
uictum cum exercitus macedonum tot non ducib⁹
sed regibus regeretur / qui nunquam sibi repperis-
sent pares si non inter se concurrissent. Multosq;
macedonia prouincia alexandros habuisset / nisi
fortuna eos emulatione uirtutis in permutiem mu-
tuam armasset. Ceterum occiso Alexandro non
ut leti ita & securi fuere omnibus unum locum +
competentibus / nec minus militeś q̄ inuicem se ti-
mentibus timebant / quorum & libertas solutior
& fauor incertus erat. Inter ipsos uero equalitas
discordiam augebat / nemine tantum ceteros exce-
dente / ut ei se aliquis summeret. Armati ita q̄n
regna coeunt ad formandum rerum presentium
statum. Perdicca censet nouem expectari partum
quem exacto mense octauo matura iam ex Alexan-
dro erat / Si puerum peperisset hunc dari succes-
sorem patri meleager negat / differenda in partus
dubios consilia neq; expectandum dum reges sibi
nascerentur cum genitis iam uti liceret / seu puer
illis placeret esse pergami filium Alexandri nati
ex barsine nomine herculem seu mallent iuuenē
esse in castris fratrem Alexandri Arideum comitem
& cunctis non suo tantum / uerum & patris philippi

nomine acceptissimum. Ceterum roxanen esse ori-
ginis persice nec esse fas ut macedonibus ex sanguine
eorum/quorum regna deleuerint/reges constituan-
tur/quod nec ipsum Alexandrum uoluisse dicit/
denique morientem nullam deo mentionem hūisse/
ptolomeus recusabat regem arideum non propt
maternas modo sordes/quod ex lariseo scorto
nasceretur/sed etiam propter ualitudinem maio-
rem/quam patiebatur/ne ille nomen regis alius
imperium gereret & melius esse ex his leoi/qui
per uirtutem regi suo proximi fuerint/qui pro-
uincias regant/quibus bella mādentur/q̄ sub per-
sona regis indignorum imperio subiciantur. Vi-
cit perdicce sententia consensu uniuersorum/pla-
cuit itaq; roxanis expectari partum/& si puer
natus fuisset tutores leonatum & perdicam/&
grateronen & antipatrum constituunt. Confestiq;
in tutorum obsequia uertuntur/cum equites quoq;
idem fecissent/pedites indignati nullas sibi consi-
liorum partes relictas Arideum Alexandri fratrē
regem appellant/satellitesq; illi ex turba sua
legunt/& nomine philippi patris uocari iubent.
quę cum nuntiata equitibus essent/legatos ad mi-
tigandos eorum animos mittunt/duos ex proce-
ribus attalum & meleagrum/qui potentiam ex
uulgi adulatione querentes omissa legatione mi-
litibus consentiunt/statim & seditio creuit/ubi
caput & consilium habere cepit. Tunc ad delen-
dum equitatum cuncti in regiam armati irrūpūt/

quo cognito equites trepidi ab urbe discedunt / ca-
stris q; positis & ipsi pedites terrere ceperunt. Sed
nec procerum inter se odia cessabant. Attalus ad
interficiendum perdicam ducem partis alterius
mittit / ad quem armatum & ultro prouocantem
cum accedere percussores ausi non fuissent: tanta
constantia perdice fuit: ut ultro ad pedes ueniret:
& in contionem uocatos edoceret / quod facinus mo-
liuntur / respicerent contra quos arma sumpsissent:
non illos persas: sed macedonas: non hostes / sed
ciues esse plerosq; etiam cognatos eorum certe co-
militones eorundem castrorum ac periculorum
socios edituros: deinde egregium hostibus suis
spectaculum: ut quorum armis uictos se doleant /
eorum mutuis cedibus gaudebant: parentaturosq;
sanguine suo manibus hostium a se interfectorum.
Hec cum pro singulari facundia sua perdica perora-
set: adeo mouit pedites: ut probato consilio eius
dux ab omnibus legeretur. Tum equites in concor-
diam reuocati in arideum regem consentiunt. Ser-
uata est portio regni Alexandri corpore: ut maie-
stas eius testis decretorum esset. His ita compositis
macedone & grecie antipater preponitur / regie
pecunie custodia crathero traditur / castrorum &
exercitus & rerum cura meleagro & perdice assi-
gnatur. Iubetur q; arideus rex corpus Alexandri
in ammonis templum deducere. Tunc perdica
infensus seditionis auctoribus repente ignaro col-
lega lustrationem castrorum propter mortem regis

in posterum educit. Postquam armatum exercitum
in campo constituit: ubi universis euocatis dum t
transit de singulis manipulis seditiosos supplicio tra-
di occulte iubet. Reuersus inde inter principes pro-
uincias diuidit simul ut emulos remoueret: & &
munus imperii beneficii sui faceret. Prima ptolomeo
egiptus & africe & arabieq; pars sorte uenit quem
ex gregario milite Alexander uirtutis causa pro-
uexerat: sui ad tradendam prouinciam cleomenes
qui alexandriam edificauerat: datur. Confmem
huic prouincie syriam laomedon: mitilenus cilicia
philotas cum filio illyrios accipiunt: medie maiori
antipatros: minori socer perdice preponitur. Su-
siana genus seyno: phrigia maior antigono philip
pi filio assignatur: liciam & pamphiliam nearcus
cariam cassander: lidiam menander sortiuntur:
leonato minor phrigia euenit. thracia & regiones
ponti maris lisimaco cappadocia cum paflagonia
eumeni data: summus castrorum tribunatus seleu-
co antiochi filio cessit. Stipatoribus regiis satellitu-
busq; cassander filius antipatri prefecitur. In bactria-
na ulteriore & in che regionibus priores prefecti
retenti: seras inter amnem indasper & indum ta-
xiles habebat. In colonias in inclis conditas pithagero-
nis filius mittitur: parapamenos fines caucasi montis
extremos accepit: aracossi cerdossiq; sircio tradun-
tur drace & arestę antanori: bactrianos amyntas
sortitur: sogdianos sulceos stagonos parthos philipp
hircanos eufrates ferneS armenios: teplolemus:

persas: peuce
mesopotam
singulis com
moria plur
tempore qu
sic reges ex
patrauerunt
Dum hec in
etoli bellum
summus uirt
reuersus ab
miserat: qu
cedis damna
uniuersa cre
fecerunt: qu
per factione
principibus
palmam ta
uindicandam
athenuensis
Alexandro
ceperat: qui
cursurusq; c
lendas: sqnt
exercitu &c
cui sorte gre
tem prelium
obsidione cu
athenuensis

perſaſ / peuceſtaſ babiloneſ oſarco pelaſgoſ argeſilaſ
meſopotamiam . cum hec diuiſio uelut fatale mum
ſingulis contigiſſet / ita magna incrementorum me-
moria plurimuſ fuit / ſiquidem non magno poſt
tempore quaſi regna non prefecturaſ diuidiſſent
ſic regeſ ex prefectiſ facti magnaſ opeſ non ſibi tantū
patrauerunt / uerum etiam poſteriſ reliquerunt .
Dum hec in oriente aguntur / in grecia athenienſeſ
etoli bellum / quod iam uiuo Alexandro mouerant
ſummiſ uiribuſ inſtruebant . Cauſe belli erant quod
reuerſuſ ab india Alexander epiſtolaſ in greciam
miſerat / quibuſ omnium ciuitatum exuleſ preter
cedis damnati reſtituebantur . Que recitate pſente
uniuerſa grecia in mercato olimpico magnoſ motuſ
fecerunt . quia plurimi non legibuſ pulſi patria / ſed
per factionem principum fuerant . Verentibuſ hiſde-
principibuſ ne reuocati potentioreſ in rem fierent
palam iam tunc multe ciuitateſ libertatem bello
uindicandam fremebant / principeſ tamen omnium
athenienſeſ & etoli fuere . quod cum nuntiatum
Alexandro eſſet / mille nauеſ longaſ ſociiſ parari pre-
ceperat / quibuſ in occidente bellum gereret ex
curſurusq; cum ualida manu fuerat ad athenaſ de-
lendaſ . ſortiur athenienſeſ contracto triginta miliū
exercitu & ducentiſ nauibuſ bellum cum antipatro
cui ſorte grecia uenerat / gerunt . eumq; detractan-
tem prelium & heracleeq; urbiſ membuſ ſe tuentem
obſidione cingunt . Eodem tempore demoſthenеſ
athenienſiſ orator pulſiuſ patria ob crimen accepti

ab arpago amri / qui crudelitatem Alexandri fuge-
rat / quod ciuitatem in eiusdem alexandri bellum
impelleret / forte megaris exulabat / qui ut missum
ab atheniensibus hyperidem legatum cognouit / q
peloponnensium in societatem armorum sollicitaret /
secutus eum in sicyona agros & corinthum ceteraq;
ciuitates eloquentia sua atheniensibus iunxit / ob
quod factum missa ab athiemensibus obuiam naui /
ab exilio reuocatur / Interim in obsidione antipa-
tri leosthenes dux atheniensium telo e muris in
transeuntem iacto occiditur / que res tantum
animorum antipatro dedit / ut etiam uallum
rescindere auderet / Auxilium deinde a leonato
per legatos petit / qui cum uenire cum exercitu
nuntiatus esset obuiam ei athenienses cum instruc-
tis copiis fuere / ibiq; equestri prelio graui uulnere
ictus extinguitur / Antipater tam & si auxilia sua
uideret iuncta / morte tamen leonati letatus est /
quippe & emulum sublatum / & uires eius accessis-
se sibi gratulabatur / Statim igitur exercitu eius
recepto cum par hostibus etiam prelio uideretur /
solutus obsidione in macedoniam concessit / gre-
corumq; copie a finibus grecie hoste pulso in urbes
dilapse / Interea perdicca bello inoxio anaratti regi
cappadocum illato prelioq; uictor multis premiis
preter uulnera & pericula retulit / quippe hostes
ab acie in urbem recepti occisis coniugibus & libe-
ris domos quisq; suas cum omnibus copiis incende-
runt / eodemq; congestis etiam seruitiis semet ipsi

precipitant: ut nichil hostis uictor suarum rerum
preter incendii spectaculo frueretur. Inde ut umbo
auctoritatem regiam acquireret: ad nuptias cleopa-
tre sororis alexandri magni & alterius alexandri
quondam uxoris non aspernante olimpiade matre
eius intendit: sed prius antipatrum subaffinitatis
obtentu capere cupiebat. Itaq; fingit se in matrimo-
nium filiam eius petere: quo facilius ab eo supplem̄-
tum tyronum ex macedonia obtineret. Quem do-
lum presentiente antipatro: dum duas eodem tem-
pore uxores querit: neutram obtinuit. Post hec
bellum inter antigonum & perdicam oritur. Anti-
go cratherus & antipater auxilium ferebant: q;
facta cum athemensibus pace: polipercontа grecie
& macedonie preponunt. Perdica alienatis rebus
ar[illegible]deum & alexandri magni filium in cappadociam
quorum cura illi mandata fuerat de summa belli
in consilium adhibet: quibusdam placebat bellum
in macedoniam transferri ad ipsum fontem & ca-
put regni: ubi & olimpias esset mater Alexandri
non mediocre momentum partium & eorum fauor
propter Alexandri philippiq; nomina: sed in rem
uisum est ab egipto incipere: ne in macedoniam
profectis: asia a ptolomeo occuparetur. Eum enim
propter proumrias: quas acceperat paphlagoma
& cilicia & lycia & phrigia adiciuntur ibi crathe-
rone & antipater operiri undebantur. Admotores
ei dantur cum exercitibus suis frater perdice alceta
& neoptolomus: clito cura classis traditur. cilicia

philote adempta philoxeno datur. ipse perdicca
egiptum cum exercitu ingenti petit / sic macedonia
in duas partes discurrentibus ducibus in sua uiscera
armatur / ferrumq, ab hostili bello in ciuilem san-
guinem uertit exemplo furentium manus ac mem-
bra sua censima. Sed ptolomeus in egipto solerti
industria magnas opes parabat / quippe & egiptios
insigni moderatione in fauorem sui sollicitauerat /
& reges finitimos beneficiis obsequiisq, deuinxerat.
Terminos quoq, imperii acquisita cyrene urbe am-
pliauit factusq, iam tantus erat / ut non iam timeret
hostes q̃ timendus ipse hostibus esset. Cyrene autem
condita fuit ab Aristheo / cui nomen bactos propter
lingue obligationem fuit / huius pater circinus rex
theramenis insule cum ad oraculum delphos propt
dedecus adolescentis filii non dum loquentis deum
deprecaturus uenisset / responsum accepit / quo iube-
batur filius eius bactos africam petere / & urbem cire-
nem condere. usum ibi lingue accepturum / cum
responsum luchibrio simile uideretur propter soli-
tudinem theraminis insule / ex qua coloni ad urbem
condendam in africam tam uaste regionis proficisci
uidebantur / res omissa est. Interiecto deinde tem-
pore uelut contumaces pestilentia deo parere com-
pelluntur / quorum tam insignis paucitas fuit / ut
uix unam nauem complerent. Cum uenissent in
africam pulsi ab accolis montem cyram & propter
amenitatem loci / & propter fontis ubertatem occu-
pauere / ibi bactus dux eorum lingue nodis solutis

loqui primum cepit · que res animos eorum ex
promissis dei iam parte percepta · in reliquam spem
condende urbis accendit · Positis igitur castris opinio
nem ueteris fabule accipiunt cyrenem excmue pul
chritudinis uirginem a thessalie monte prelio ab
apolline raptam perlatamq, in eudem montis iuga ·
cuius collem occupauerant adeo repletam quattuor
pueros peperisse nimium aristeum autochum
agrerum missos a patre spheo rege thessalie · qui
perquirerent uirginem loci amenitate captos in ·
hisdem terris cum uirgine resedisse · ex his pueris
tres adultos in thessaliam reuersos aurita regna rece
pisse aristheum in archadia late regnasse · eumq, pri
mum & apium & melliș usum & lactis accolagili ho
minibus tradidisse solstitialiq, ortus sideris primum
inuenisse · Quibus auditis bacchos uirginis nomine
ex dei respondisse responsis agnito · urbem cirenen
condidit · Igitur ptolomeus hums urbis auctus uir
bus bellum in aduentum perdice parabat · sed per
dice plus odium arrogantie q̄ uires hostium noce
bant · quem exosi etiam socii ad antipatrum grega
tim profugiebant · neoptolomeus quoq, in auxilium
eumem relictus · non solum transfugere · uerum
etiam prodere partium exercitum uoluit · Quam
rem cum presensisset eumenes cum proditore decer
nere prelio necesse habuit · uictus neoptolemus ad
antipatrum & polisperconta profugit usq, persua
det · ut contemptis manibus leto ex victoria
& securo fuge sue eumeni superuenant · sed res

eumen non latuit. Itaq; insidie in insidiatores uer-
se & qui secum aggressuros se putabant: secum
in itinere & per umbra noctis fatigatis occursum est.
In eo prelio poliperconta occiditur: neoptolemus
quoq; cum eumene congressus diu mutuis uulneri-
bus acceptis colluctatus est in summa noctis occum-
bit. Victor igitur duobus prelijs contentus eume-
nes affluctas partes transitione sociorum paululum
substentauit ad postremum tamen perdica occiso
ab exercitu hostis cum phitone & illirio & alceta
fratre perdice rex appellatur: bellumq; aduersus
eos antigono decernitur.

14. Eumenes ut perdicam occisum se ut hostem
a macedonibus iudicatum: bellumq; anti-
gono decretum cognouit: ultro ea mili-
bus inclamauit: ne fama aut rem in maius
extolleret: aut militum animos rerum nouitate
terreret: simul ut circa se animati essent cognosce-
ret: sumpturus consilium ex motu uniuersorum
constanter tamen prefatus est: sicut hec terrori
essent: habere rum dicendi potestatem: qua uo-
ce adeo cunctos in studium partium suarum in-
duxit: ut ultro omnes illum hortarentur: resci-
suros q; se ferro decreta macedonum affirmarent.
Tunc exercitu in etoliam promoto pecunias ciui-
tatibus imperat recusantes dare hostiliter diripit.
Inde sardas profectus ad cleopatram sororem
Alexandri magni: ut eius uoces centurionesq; prima

paleſq confirmarentur / exiſtimaturoſ ibi maieſta-
tem regiam uerti / unde ſoror Alexandri ſtaret
tanta ueneratio magnitudinis alexandri daret: ut
etiam peruestigia mulierum fauor ſacrati eius no-
minis quereretur. Cum reuerſus in caſtra eſſet / epi-
ſtole totiſ caſtriſ adduce inueniuntur: quibuſ qui
eumenis caput ad antigonum detuliſſent / magna
premia definiebantur. his cognitis eumeneſ uoca-
tis ad contionem militibuſ primo gratiaſ agit / quod
nemo inuentuſ eſſet / qui ſpem cruenti premii fi-
dei ſacramentiſ anteponeret: tum deinde callide
ſubnectit confictaſ haſ epiſtolaſ ad experiundoſ
ſuorum animoſ eſſe / ceterum ſalutem ſuam in
omnium poteſtate eſſe: nec antigonum: nec quēq̄
ducum ſic uelle uincere: ut ipſe in ſe exemplum
peſſimum ſtatuat. Hoc facto & in preſenti laban-
tium animoſ deterruit / & in futurum prouidit
ut ſiquid ſimile acciditſſet / non ſe ab hoſte corrumpi
ſed a duce temptari militeſ arbitrarentur. omneſ
igitur operam ſuam certatim ad cuſtodiam ſalutiſ
eius offerunt. Eum interim Antigonuſ cum exer-
citu ſuperuenit caſtriſq; poſitiſ poſtero die in aciē
procedit: nec eumeneſ moram prelio fecit / qui unā
in montem quendam caſtellum confugit: ubi cū
uideret ſe fortunam obſidionis ſubiturum maiorem
exercituſ partem dimiſit: ne aut conſenſu multi-
tudinis hoſti traderetur / aut obſidio ipſa multitu-
dine grauaretur. legatoſ deinde ad amicum patrum /
qui ſoluſ par antigono uiribuſ uidebatur / ſupplices

mittit. a quo cum auxilia eumeni missa antigonus
cluicisset ab obsidione recessit. Erat quidem solut
ad tempus metu mortis eumenes. sed nec salutis di-
misso exercitu magna spes erat. omnia igitur circum
spicienti optimum uisum est ad Alexandri magni
argiraspidas inuictum exercitum & tot uictoriarum
prefulgentem gloria decurrere. Sed argiraspidas
post alexandrum omnes duces fastidiebant. sor-
didam militiam sub alio. post tanti regis memoriam
existimabant. Itaq, eumenis blandimentis agere
supplicater singulos alloqui. nunc commilitones suos
nunc patronos appellant. periculi & opum orienta
lium socios. nunc refugia saluti sue & unica psidia
commemorant. solos esse quorum uirtute orienti sit
domitus. solos qui militiam liberi patris. qui hercu
lis monimenta superarint. per hos alexandrum
magnum factum per hos diuinos honores. & im
mortalem gloriam consecutum. orat ut non tam di
cem se quā commilitonem recipiant. unumq, ex
corpore suo esse uelint. receptus hac lege paulatim
imperium primo monendo singulos moxq, perperam
facta erant blande corrigendo usurpat. nichil in
castris sine illo agi. nichil administrari sine sollertia
illius poterat. Ad postremum cum antigonum ue
nire cum exercitu nuntiatum esset. compellit in
aciem descendere. ibi cum ducis imperia contēpnūt
hostium uirtute superantur. Ineo prelio non gloriam
tantum tot bellorum cum comugibus & liberis. sed
& prema longa militia parta perdiderunt. Sed eu

menes qui & auctor cladis erat nec aliam spem sa-
lutis reliquam habebat uictos hortabatur nam &
uirtute eos superiores fuisse affirmabat quippe
ab his quinq; milia hostium cesa & si in bello presens
ultro hostes pacem petituros dampna quibus se uic-
tos putent duo milia mulierum & paucos infantes
& seruitia esse que melius uincendo possint reparare
quam deserendo uictoriam. Porro argiraspides neq;
fugam se temptaturos dicunt post dampna patrimo-
niorum & post coniuges amissas neq; bellum gesturos
contra liberos suos: ultroq; eum conmeatus agitant
quod se post tot annos emeritorum stipendiorum re-
deuntes domum cum premiis tot bellorum ab ipsa
missione rursus in nouam militiam immensaq; bella
reuocauerit. & a Parthis iam quodam modo suis &
ab ipso limine patrie abductos manibus promissis de-
ceperit. nunc quoq; amissis omnibus felicis militie
questibus nec uictos quidem in misera & inopi se-
necta quescere sinat ignaris deinde ducibus confe-
stim ad antigonum legatos mittunt petentes ut sua
reddi iubeat is redditurum se pollicetur si eumenen
sibi tradant. quibus cognitis eumenes cum paucis fu-
gere temptauit sed retractus desperatis rebus cum
concursus multitudinis factus esset petit ut postre-
mum sibi alloqui exercitum liceret iussus ab inmuni
sis dicere facto silentio lassatisq; umeris prolatam
sicut erat cathenatis manum ostendit. Cernitis mi
lites inquit habitum atq; ornamenta ducis uestri
que michi non hostium quisquam imposuit. nam

hoc etiam foret uos me ex uictore uictum : uos me
ex imperatore captiuum fecistis : quater iniera huic
animum in mea uerba iure iurando obstricti estis :
ista omitto neq; enim miseri cors miseros commina
decent : unum oro si depositorium antigoni in meo
capite summa consistit inter uos me uelitis mori.
Nam neq; illius interest quemadmodum aut ubi
cadam : & ego fuero ignominia mortis liberatus.
Hoc si impetro soluo uos iureiurando / quotiens uos
sacramento michi denouistis. Aut si ipsos pudet ro-
gauti adhibere ferrum huic date & permitte qđ
uos facturos pro imperatore iuraslis / imperatorem
pro uobis sine religione iurisiurandi facere. Cum
non obtineret preces in iram uertit / ad uos aut de-
uota capita respiciant diu periuriorum uindices /
talesq; uobis exitus dent / quales uos ducibus uestris
dedistis. Hempe uos idem paulo ante & perdice san-
guine estis aspersi : & in antipatrum eadem moliti
ipsum denuq; Alexandrum si fas fuisset cum morta-
li manu cadere interemptum / quod maximum erat
seditionibus agitastis / ultima nunc ego perfidiorū
uestrorum has uobis duras atq; inferias dico : ut inops
exterresq; omne eum in hoc castrensi exilio aga-
tis : deuorenq; uos arma uestra / quibus plures uestros
q̄ hostium duces assumpsistis. Plenus deinde ire cu-
stodes suos precedere ad antigoni castra cepit / seqt̄
exercitus prodito imperatore suo : & ipse captiuus
triumphumq; de se cepit ipse ad uictoris castra du-
cit. omnia auspicia regis Alexandri & tot bellorū

palmas laureasq; una secum victori tradentes: &
nequid deesset pompe elephanti quoq; & auxilia
orientalia subsequuntur. Tanto pulchrior hec
antigono / quā Alexandro tot victorie fuerūt
ut enim illē orientem uicerit / hic etiam eos ā qb⁹
orens victus fuerat: superauerit. Igitur Anti-
gonus domitores illos orbis exercitui suo diuidit:
redditis eorum / que victoria ceperat / eumenem
uerecundia prioris amicitie in conspectum suum
uenire prohibitum assignari custodibus precepit.
Interea eurydice uxor āridei regis / ut poli percota
a grecia redire in macedoniam cognouit: & abeo
accersitam olim pudam muliebri emulatione ꝑ per-
culsa abutens ualitudine uiri / cuius officia sibi um-
dicabat / scribit regis nomine poli perconti cassādro
exercitum tradat / in quem regni administratio-
nem rex transtulerit / eadem & in asia antigono p
epistolas nuntiat / quod beneficio deuincti cassan-
der nichil non ex arbitrio muliebris audacie gerit.
Deinde profectus in greciam multis ciuitatibus bel-
lum infert / quarum excidio uelut memo incēdio
territi spartani urbem / quam semper armis non
muris defenderant / tunc contra responsa fatorū
etiam ueterum maiorum gloriam armis diffusi
murorum presidio includuntur / tantum eos de-
generauisse ā maioribus / ut cum multis seculis mu-
rus urbi uirtus ciuium fuerit / tunc ciues salutis
se non existimauerint fore / nisi intra muros late-
rent. Dum hec aguntur cassandrum a grecia

turbatus macedonie status: domum reuocauit. Hāq;
olympias mater Alexandri regis cum ab epiro in
macedoniam prosequente eacide rege mollessorū
uenisset: prohibereq; finibus ab euridice & arideo
rege cepisset/ seu memoria mariti/ seu magnitudīe
filii/ & indignitate rei moti macedones ad olimpia
dam transiere. cuius iussu & euridice & rex occi
ditur/ sex annis post Alexandrum potitus regno
sed nec olympias diu regnauit. Nam cum princi
pum passim cedes muliebri magis q̄ regio more
fecisset/ fauorem suu in odium conuertit. Itaq; au
dito cassandri aduentu diffusa macedonibus cum
nutrtu roxanne & nepote hercule in pidnam urbē
concedit proficiscenti deidamie acide regis filia
& thessalonica priuigna & ipsa clari philippi pat̄s
nomine mulierq; alie & principum matronus specio
sus magis q̄ utilis grex comites fuere. Hec cum
nuntiata cassādro essent/ statim citato cursu pidnā
uenit/ & urbem obsidione cingit/ cum fame ferroq;
urgeretur olimpias longe obsidionis tedio pacta
salute uictori se tradidit. Sed cassander ad contio
nem uocato populo suscitatur/ quod de olimpiade
fieri uelint. Subornat parentes interfectorum/ q;
sumpta lugubri ueste crudelitatem mulieris accu
sarent/ a quibus accensi macedones sine respectu
pristine maiestatis occidendam decernunt. Imme
mores prorsus quod per filium eius uirumq; non
solum uitam ipsi inter finitimos tutam habuissent
uerum etiam tantas opes imperiumq; orbis q̄sisset̄.

Sed olimpias ubi obstinatos uenire ad se armatos uidet: in ueste regali duabus ancillis innixa ultro obuiam procedit. qua uisa percussores attoniti fortuna maiestatis prioris. & tot mea memorie occurrentibus regum suorum nominibus subsiterunt. donec cassandro missi sunt. qui eam confoderent. non refugientem gladios. sed nec uulnera aut muliebrem uociferantem. sed uirorum fortium more progloria ueteris prosapie morti succumbentem. ut Alexandrum posset etiam in moriente matre cognoscere consumpsisse. Insup exspirans capillos & ueste eruta contexisse fertur ne quid posset in corpore ei indecorum uideri. Post hec cassander thessalonicen regis aridei filiam uxorem duxit. filium Alexandri cum matre in arcem amphipolitanam custodiendos mittit.

PErdica & fratre eius eumene & polipercota ceterisq, ducibus diuerse partis occisis finitum certamen inter successores Alexandri magni uidebatur. cum repente inter ipsos uictores nata discordia est. quippe postulantibus ptolomeo & cassandro & lisimaco. ut pecunia in preda capta prouincieq, diuiderentur. Antigonus negauit se in eius belli premia socios admissurum. in cuius periculum solus descenderit. ut honestum aduersus socios bellum suscipere uideretur. diuulgat se olimpiadis mortem a cassandro interfecte ulcisci uelle. & alexandri regis sui filium cum matre

15.

amphipolitana liberare. his cognitis ptolomeus &
cassander unita cum lisimaco & seleuco societate
bellum terra mariq; omnibus instruunt tenebat pto-
lemeus egiptum cum africe parte maiore & cypro
& fonice cassandro parabat macedonia cum grecia
asia & partem orientis occupauerat antigonus/ cui
filius demetrius prima belli congressione a ptole-
meo apud galamam uincitur/ in quo prelio maior
ptolemei moderationis gloria q̄ ipsius uictorie fuit/
si quidem & amicos demetrii non solum cum suis
rebus/ uerum etiam additis insuper muneribus
dimisit/ & ipsius demetrii priuatum omne instru-
mentum ac familiam reddidit/ adiecto honore
uerborum non se propter predas/ sed propter di-
gnitatem misse bellum/ indignatum quod anti-
gonus demetrius diuerse factionis ducibus/ solus
communis victorie premia corripuisset. Dum
hec agumtur cassander ab apolloma rediens inci-
dit in abderitas/ qui propter ranarum murium q;
multitudinem relicto patrio solo sedes querebant
uentus ne macedoniam occuparent facta pactiōe
in societatem eos recipit/ agrosq; his ultimos ma-
cedonie assignat/ deinde ne hercules Alexandri
magni filius/ qui annos quatuordecim excesserat
fauore paterni nominis in regnum macedonie uo-
caretur/ occidi eum tacite cum matre barsine iu-
bet/ corporaq; eorum terra obrui ne cedes sepul-
tura proderetur/ & quasi parum facinoris in ipso
primum rege/ mox in matre eius olimpiada at

filio admisisset / alterum quoq; filium cum matre roxanne pari fraude interficit / scilicet quasi regnum macedonie / quod affectabat aliter conseq; scelere non posset. Interea ptolemeus cum demetrio nauali prelio iterato congreditur & amissa classe hostiq; concessa victoria in egiptum refugit. Demetrius filium ptolemei leonticium & fratrem menelaum / amicosq; eius cum priuati instrumenti ministerio pari prouocatos antea munere egiptū remittit / ut appareret eos non odii / sed dignitatis gloria accensos / domis muneribusq; inter ipsa bella contendebant / tanto honestius tunc bella gerebantur / q; nunc amicitie coluntur. Hac victoria elat⁹ Antigonus regem se cum demetrio filio appellari a popolo iubet / ptolemeus quoq; ne minoris apd suos auctoritatis haberetur / rex ab exercitu cognominatur / quibus auditis cassander & lisimacus & ipsi regiam sibi maiestatem uindicauerunt. huius honoris ornamentis tam diu omnes abstinuerunt / q; diu filii regis sui superesse potuerunt / tanta in illis uerecundia erat / ut cum opes regias habuerunt / regum tamen nominibus equo animo caruerunt / quo ab Alexandro iustus heres foret. Sed ptolemeus & cassander ceteriq; factionis alterius duces cum carpi se singulos ab Antonio uiderent dum priuatum singulorum / non cōmune uniuersorum bellum ducunt / nec auxilium ferre alter alteri uolunt / quasi victoria unius non omnium foret / per epistolas se inuicem confirmātes

tempus / locum coeundi conducunt / bellumq, com-
munibus uiribus instruunt / cui cum cassander iter-
esse propter finitimum bellum non posset / Lysimacū
ingentibus copiis in auxilium sociis mittit / Erat
hic Lisimacus illustri quidem macedone loco natus /
sed uirtutis experimentis omni nobilitate clarior
que tanta in illo fuit ut animi magnitudine philo-
sophia ipsa uirumq, gloria omnes per quos orīes
domitus est / uicerit / quippe cum Alexander ma-
gnus callisthenen philosophum propter salutationis
persice interpellatum morem insidiarum / que sibi
parate fuerunt / conscium fuisse ratus finxisset /
eumq, truncatis crudeliter omnibus membris absci-
sisq, auribus ac naso labiisq, deforme ac miserandū
spectaculum reddidisset / insuper in cauea cum
cane clausum ad metum ceterorum circumferret
tunc lisimacus audire callisthenem & precepta ab
eo uirtutis accipere solitus miseratus tanti uiri non
culpe / sed libertatis penas pendentis uenenum ei
in remedia calamitatum dedit / quod adeo egre
Alexander tulit / ut eum obici ferocissimo leoni
iubet / sed cum ad conspectum eius concitatus leo
impetum fecisset / manum manipulo inuolutam
lisimacus in os leonis immersit / arreptaq, lingua
feram exanimauit / quod tum nuntiatum regi
esset admiratio in satisfactionem cessit / carioreq,
eum propter constantiam tanta uirtutis habuit /
Lisimacus quoq, magno animo regis ueluti paren-
tis contumeliam tulit / denicq, omni ex animo hui⁹

facti memoria excurbata postea in india insectati
regi quosdam palantes hostes cum a satellitum tuba
sui celeritate desertus esset / soluit ei per immensas ha
renarum moles cursu omnes comes fuit / quod idem
antea philippus frater eius cum ei facere uoluisset
inter manus regis expirauerat / sed lisimacum desi
lientem ex equo Alexander haste cuspide ita in frõte
uulnerauit / ut sanguis aliter cludi non posset q̃
diadema sibi demptum rex alligandi uulneris ea
capiti eius imponeret / qđ auspicium primum re
galis maiestatis lisimaco fuit. Sed & post mortẽ
Alexandri cum inter successores eius prouincie
dimderentur ferocissime ei gentes quasi omnium
fortissimo assignate sunt / adeo etiam consensu om
nium uirtutis inter ceteros tulit. Pri q̃
bellum inter ptolemeum socios q̃ eius aduersum
antigonum committeretur / repente ex asia maiore
digressus seleucus nouus antigono hosti accesserat /
Huius quoq; & uirtus clara & origo admirabilis fuit /
si quidem mater eius laudice cum nupta esset An
tiocho claro inter philippi duces uiro / uisa est
sibi per quietem ex concubitu apollinis concepisse
grauidamq; factam munus concubitus ab eo anulũ
accepisse / cuius gemma anchora sculpta esset /
uisaq; donum id filio / quem peperisset dare / ad
mirabilem fecit huic usum & anulus / qui postera
die eiusdem sculpture in lecto inuentus est / sed
& figura anchore / que in femore seleuci nata cũ
ipso paruulo fuit / quamobrem laudice anulum

seleuco eunti cum alexandro magno ad persicam
militiam edocto de origine sua dedit: ubi post
mortem Alexandri occupato regno orientis ur-
bem condidit: ibiq, gemme originis memoriam
consecrauit. Ham & urbem ex antiochi patris no-
mine antiocham uocauit: & campos uicinos urbi
apollinis dicauit originis eius argumentum etiam
in posteris mansit siquidem filii nepotesq, eius
anchoram in femore ueluti notum generis naturā-
lem habuere: multa moriente post diuisionem
inter socios regni macedonica bella gessit. Principio
babiloniam cepit. Inde auctis ex victoria uiribus
bactrianos expugnauit transitum deinde in
indiam fecit: que post mortem Alexandri ueluti
a ceruicibus iugo seruitutis excusso prefectos eius
occiderat auctor libertatis sandrocottus fuerat:
sed titulum libertatis post victoriam in seruitutē
uerterat. Siquidem occupato regno populum: quē
ab externa dominatione uindicauerat ipse seruī-
tio premebat. Fuit hic humili quidem genere
natus: sed ad regni potestatem maiestate numinis
impulsus: quippe cum pernoctasset in quodam
nemore: interfecta a rege iussus salutem
pedum celeritate quesierat: ex qua fatigatione
cum somno captus iaceret: leo ingentis forme
ad dormientem accessit: sudoremq, profluentem
lingua ei detersit: expergefactum blande reliquit:
hoc prodigio primum ad spem regni impulsus co-
tractis latrombus indos ad mouitatem regni solici-

tauit / molienti demde bellum aduersus prefectos
Alexandri elephantus ferus infinite magnitudinis
ultro se obtulit & uelut domita mansuetudine eū
tergo excepit / duxq; belli & preliator insignis
fuit / sic acquisito regno sandrocottus ea tempe-
state / qua seleucus future magnitudinis fundamenta iaciebat / indiam possidebat / cum quo facta
pactione seleucus compositisq; in oriente rebus in
bellum antigoni discedit / Admatis igitur om-
nium sociorum copiis prelium committitur / in
eo antigonus occiditur / demetrius filius eius in
fugam uertitur / sed socii profligato hostili bello
demuo in se met ipsis arma uertunt & cum de-
preda non conuenirent / iterum in duas factiones
deducuntur seleucus demetrio / ptolemeus lisima-
co iunguntur / cassandro defuncto philippus fi-
lius succedit / sic quasi exanimato noua macedo-
nie bella nascuntur.

Post cassandri regis filiiq; eius philippi conti- 16.
nuas mortes thessalonice regina uxor
cassandri non magno post tempore ab an-
tipatro filio cum iuuam etiam per ubera
materna deprecaretur / occiditur parricidii
fuit quod post mortem mariti in diuisione inter
fratres regni propensior fuisse pro Alexandro
iudebatur / quod facinus eo grauius omnibus iu-
sum est / quod nullum materne fraudis uestigiū
fuit quanquam in parricidio nulla satis iusta ea

ad sceleris patrocinia pretexi potest. Post hec
igitur Alexander ultionem materne necis ge
sturus cum fratre bellum auxilium a demetrio pe
tit. nec demetrius spe inuadendi macedonici
regni moram fecit. cuius aduentum uerens lisi
machus persuadet genero suo antipatro. ut malit
cum fratre ingratiam reuerti. q̄ paternum hostē
in macedoniam admitti. Inchoata igitur inter fra
tres reconciliatione. cum presens esset demetrius
per insidias Alexandrum interficit. occupatoq;
macedonie regno eedem apud exercitum excusa
turus in contionem uocat. ibi priorem se petitum
ab Alexandro allegat. nec fecisse se. sed occupasse
insidias. regem autem se macedonie. uel etatis ex
perimentis uel causis iustiorem esse. patrem enim
suum & philippo regi & Alexandro magno sociū
in omni militia fuisse. liberorum deinde Alexan
dri ministrum & ad persequendos defectores ducē
extitisse contra antipatrum auum horum adole
scentium amariorem semper ministrum regni q̄
ipsos reges fuisse. cassandrum uero patrem extinc
torem regie domus non femineis. non pueris peper
cisse. nec cessasse quo ad omnem stirpem regie so
bolis deleret. horum sceleru ultionem. quia ne
quisset ab ipso cassandro exigere ad liberos eius trās
latam. quamobrem ēt philippum Alexandrumq;
si quis manium sensus est. non interfectores suos
ac stirpis sue. sed ultores eorum macedonie regnum
tenere malle. Per hec mitigato populo rex macedōie

appellatur. Lysimacus quoq; cum bello dromicetis
regis thracum premeretur: ne eodem tempore
& aduersus demetrium eum dimicare necesse hꝫ̄ret:
tradita ei altera parte macedonie/que antipatro ge-
nero eius obuenerat pacem cum eo fecit. Igitur
demetrius totis macedonici regni uiribus instructo
cum asiam occupare statuisset iterato ptolemeus se-
leucus & lisimacus experti priore certamine quāte
uires essent concordie pacta societate adunatisq;
exercitibus bellum aduersus demetrium transferūt
in europam. His comitem se & belli socium iungit
pirrus rex epiri/sperans non difficilius demetriū
amittere macedoniam posse/q; acquisierat: nec spes
frustrata fuit/quippe exercitu eius corrupto/ipsoq;
in fugam acto regnum macedonie occupauit. Dū
hec agūtur lisimacus generum suum antipatrū
regnum macedonie ademptum sibi fraude soceri
querentem interficit/filiamq; suam eurydicem
querelarum sociam in custodiam tradit/atq; ita
uniuersa cassandri domus Alexandro magno seu
necis ipsius/seu stirpis extincte penas partim supplī-
cio/partim parricidio luit. Demetrius quoq; a tot
exercitibus circumuentus cum posset honeste mori
turpiter se dedere seleuco maluit finito bello pto-
lemeus cum magna rerum gestarum gloria moritu-
rus contra ius gentium minimo natu ex filiis ante
infirmitatem regnum tradiderat/eiusq; rei populo
rationem reddiderat/cuius non minor fauor in
accipiendo q̄ patris in tradendo regno fuerat

Inter cetera patris & filii mutue pietatis exem-
pla etiam ea res amorem populi iuueni conciliа-
uerat: eo q̃d pater regno publice ei tradito pri-
uatus officium regi inter satellites fecerat: omniq;
regno pulchrius regis esse patrem dixerat: sed
inter lisimacum & pyrum regem socios paulo ante
aduersus demetrium assiduum inter pãtes discor-
die malum bellum mouerat uictor lisimachus p̃lo
pirro macedoniam occupauerat: inde thracie
ac deinceps heraclie bellum intulerat: cuius ur-
bis & mirta & exitus admirabiles fuere. Quippe
boetis pestilentia laborantibus oraculum delphis
responderat coloniam in ponti regionem sacram
hercili conderent: cum propter metum longe
ac periculose nauigationis mortem in patriam
omnibus preoptantibus res omissa esset bellum
his phocenses intulerunt: quorum cum aduersa
prelia paterentur iterato ad oraculum decurrunt
responsum idem belli quod pestilentie remedium
fore. Igitur conscripto colonorum manu in
ponticum delati urbem heracliam condiderunt
& quoniam fatorum auspiciis in eas sedes delati
erant: breui tempore magnas opes parauere:
multa deinde aduersus finitimos bella: multa &
domestice dissensionis mala fuere. Inter cetera ma-
gnifica uel precipua illud memorabile fuit: cum
rerum potirentur athenienses: uectisq; per sis grę-
cie & asie tributum in tutelam classis descripsissẽt:
omnibus cupide ad presidium salutis sue cõferentib;

soli heracliensēs obamicitiam regum persicorum
collationem abnuerant. Missus itaq; ab athenien-
sibus malchus cum exercitu ad extorquendum qđ
negabatur: dum relictis in litore nauibus agros he-
racliensium populatur classem cum maiore parte
exercitus naufragio repentine tempestatis amisit.
Itaq; cum neq; mari posset amissis nauibus: neq;
terra auderet cum paucis inter tot ferocissimas
gentes reuerti heracliensēs honestiorem beneficii
q̄ ultionis occasionem rati instructos commeatibus
auxiliisq; dimittunt bene agrorum suorum popu-
lationem immensam existimantes: siquos hostes
habuerant amicos reddidissent. Passi sunt inter
plurima mala etiam tyrannidem siquidem cum
plebs & nouas tabulas & diuisionem agrorum dim-
tum impotenter flagitaret diu re in senatum trac-
tata: cum exitus rei non inueniretur: ad postre-
mum aduersus plebem immio ocio lasciuientem
auxilia athimoteo athenensium duce mox ab epa-
minonda thebanorum petiuere: utrisq; negantibꝫ
ad clearcum: quem ipsi in exilium egerant: decur-
runt: tanta calamitatum necessitas fuit: ut eum
patriam interdixerant eum ad tutelam patrie re-
uocarent. Sed clearchus exilio facinorosior redditꝰ
ad dissensionem populi occasionem inuadende tiran-
nidis extimans primo tacite cum mitridate ciuium
suorum hoste colloquitur: & inita societate pacisc-
ut reuocatus in patriam prodita ei urbe prefectus
eius constituereturꝰ: postea autem insidias: quas

ciuibus parauerat: in ipsum mitridatem conuer-
terat. Hanq; cum uelut arbiter ciuilis discordie
de exilio reuersus esset, statuto tempore, quo urbē
mitridati traderet ipsum cum amicis suis cepit: ca-
ptumq; accepta ingenti pecunia dimisit. Atq; ut
in illo subditum se ex socio fecit hostem. sic ex de-
fensione senatorie cause repente patronus plebis ena-
sit & aduersus auctores sue potentie, a quibus reuo-
catus fuerat non solum plebem accendit: uerum &
nefandissima quecq; tirannice crudelitatis exercuit.
Igitur popolo ad contionem uocato: neq; affuturum
se amplius grassanti in populum senatui ait: & inter-
cessurum etiam si pristina seuitia perseueret, quod
se imparem esse crudelitati senatorum arbitraretur:
abiturum cum militibus suis neq; ciuilibus discordiis
interfuturum. sin uero diffidant urbibus propriis t
unicem se ciuium non defuturum. proinde con-
sulant sibi ipsi iubeant abire se si malint uel cause
popularis esse socium se remanere. his uerbis sollici-
tata plebs summum ad eum imperium defert. &
dum senatus potentie irascitur: in seruitutem se
tirannice dominationis cum coniugibus & liberis
tradit. Igitur clearchus sexaginta senatores compre-
hensos: nam ceteri in fuga dilapsi erant in uincula
compingit. letatur plebs quod a duce potissimum
senatorum senatus deleretur uersa uoce auxilia
eorum in exitium conuersum esse: quibus dum
mortem passim omnibus minatur cariora eorum pre-
tia facit. Si quidem clearchus magna pecunia

quasi mimis populi occulte eos subtracturus accepta
spoliatos fortunis uita quoq; spoliauit. Cognito deīn
quod bellum sibi ab his qui profugerant misericordia
in auxilium solicitatis ciuitatibus pararetur seruos
eorum manumittit. & nequid mali afflictis hone-
stissimis domibus deesset. uxores eorum filiasq; nu-
bere seruis suis proposita recusantibus morte compel-
lit. ut eos sibi fidiores & domimis infestiores redde-
ret. Sed matronis tam lugubres nuptie grauiores re-
pentinis funeribus fuere. itaq; multe se ante nuptas
multe in ipsis nuptiis occisis prius nouis maritis inter-
ficiunt. & se tam funestis calamitatibus uirtute
ingenui pudoris eripiunt. Prelium deinde commit-
titur. quo uictor tirannus captiuos senatores in
triumphi modum per ora ciuium trahit. reuerso
in urbem uincit. torquet alios. alios occidit nulli
locus urbis a crudelitate tirannj uacat. accedit
femine insolentia. crudelitati arrogantia. interdū
excessu continue felicitatis obliuiscitur se hominē
interdum ioui filium se dicit. cunti per publicam
aurea aquila uelut argumentum generis preferebat.
ueste purpurea & cothurnis regum tragicorum &
aurea corona utebatur. filium quoq; suum cheronon
uocat. ut deos non mendacio tantum. uerum &
nominibus illudat. Hec illum facere duo nobilissi-
mi iuuenes chion & leonides indignantes patriam
liberaturi. in necem tiranni conspirant. erant hi di-
scipuli platonis philosophi. qui uirtutem. ad quam
quotidie preceptis magistri eruditebantur patrie

exhibere cupientes quinquaginta cognatos uel
clientes in insidiis locant: ipsi more iurgantium
ad tirannum ueluti ad regem in arcem contendunt
qui iure familiaritatis admissi: dum alterum priorē
dicentem intentius audit tirannus ab altero obtruncat̄
re. Sed ipsis sociis tardius auxilium ferentibus a
satellitibus obruuntur: quare factum est: ut trān?
quidem occideretur: sed patria non liberaretur:
nam frater clearchi satrus eadem uia tirannidem
inuadit: multisq; annis per gradus successionis
heraclienses regnum tirannorum fuere.

19.

Eodem ferme tempus hellespontii & cher-
sonensi regionibus terremotus fuit: maxīe
lisimachia urbs ante duos & ingenti annos
a lisimacho rege condita: euersa est: qđ
portentum dirum lisimacho: stirpiq; eius ac reg̃
ruinam cum clade uexatarum regionum: porten-
debat: nec ostentis fides defuit. Nam breui post
tempore agathoclem filium suum: quem in succes-
sionem regni ordinauerat: per quem multa bella
prospere gesserat: non solum ultra patrum: uerū
etiam ultra humanum morem perosus ministra
asinoe nouerca: ueneno interfecit. Hec illi prīa
mali labes: hoc initium impendentis ruine fuit:
Nam parricidium principis secute cedes sunt luen-
tium supplicia. quod occisum iuuenem dolebant
staq; qui cedibus superfuerant: certatim ad seleu-
cum deficiunt: eumq; protinus iam exemulatiōe

glorie bellum lisimacho inferre compellunt. Vltimum hoc certamen commilitonum alexandri sunt
& uelut ad exemplum fortune par reseruatum li-
simachus quatuor & septuagenta annos natus erat:
seleucus septem & septuaginta. Sed in hac etate
utrique animum uenerem erant: imperiq; cupidinatem
insatiabilem gerebant. Quippe cum orbem terrarū
duo soli tenerent: angustis sibi met inclusi ui de-
bantur. In eo bello lisimachus amissis antea uariis
casibus quindecim liberis non strenue morienis po-
stremus domus sue rume cumulus accessit. Letus
tanta uictoria seleucus & quod maius uictoria est
putat solum se de cohorte Alexandri remansisse
uictoremq; uictorum extitisse non humanum
esse opus: sed diuum mumus gloriatur. Igna-
rus prorsus non multo post fragilitatis humane
se ipsum exemplum futurum: quippe post men-
ses admodum septem a ptolemeo: cuius sororem
lisimachus in matrimonium habuerat: per insidias
circumuentus occiditur: regnumq; macedonie:
quod lysimacho eripuerat: cum uita pariter amittit.
Fertur ptolemeus cum in gratiam memorie ptole-
mei magni patris & in fauorem ultionis lisimachi
ambitiosius ad populares esset: primo lisimachi
filios conciliare sibi statuit: nuptiasq; arsinoes so-
roris sue matris ipsorum petit: puerorum adoptio-
ne promissa: ut cum in locum patris eorum succes-
sisset: nichil illi moliri uel uerecundia matris uel
appellatione patris auderent: fratris quoq; regis

egypti concordiam per epistolas deprecatur profess
deponere se offensam exempti paterni regni: neq
amplius a fratre quesiturum: quod honestius a pa-
terno hoste perceperit: omniq; arte adulatur eume
ni: antigono demetrii filio: antiocho filio seleuci cū
quibus bellum habiturus erat: ne tertius sibi hostis
accederet. Sed nec pirrus rex epiri omissus ingens
momentum futurus utri parti socius accessisset. q
& ipse spoliare singulos cupiens omnibus se partibus
uendicabat. Itaq; tarantinis aduersus romanos latinos
auxilium ab antigono naues ad exercitum in italiam
deportandum mutuo petit ab antiocho pecuniam
qui opibus q̄ militibus instructior erat: a ptolemeo
macedonum militum auxilia. Sed ptolemeus cū
nulla dilationis ex infirmitate utrum uenia esset
quinq; milia peditum: equitum quatuor milia: ele
phantos quinquaginta non amplius q̄ in biennii usū
dedit. ob hoc pirrus filiam ptolemei in matrimoniū
accepta uindicem eum regni reliquit: pacificatus
cum omnibus finitimis ne abducta in italiam iuuen
tute prede hostibus regnum relinqueret. Sed q̄m
ad pirri mentionem uentum est: de origine regni eius
pauca narranda sunt. Molossorum primum in ea
regione regnum fuit. Post pirrus achillis filius amisso
per absentiam troianis temporibus paterno regno: in
his locis consedit: qui pirride primo postea epirote
dicti sunt: sed pirrus dum in templum dodonei io-
uis consulendum uenisset: ibi lanassam neptem hercu
lis rapuit. Ex cuius matrimonio octo liberos sustulit.

Ex his non nullas uirgines nuptum finitimis regib⁹
tradidit / opesq; affinitatum auxilio magnas parauit.
Atq; ita heleno filio priami regis ob inclitam sin-
gularem regium chaonum & andromacam hectoris
matrimonio suo q̄ inclitionem troiane prede acce-
perat uxorem tradidit / breuiq; post tempore del-
phis insidiis horestis filii agamemnonis inter altaria
deorum interiit. Successor huic pialas filius fuit /
per ordinem deinde regnum ad tarribam descendit /
cui quoniam pupillus & unicus ex gente nobili super
esset / intentione omnium cura seruandi eius educan-
diq; publice tutores constituuntur. Athenas eruditen-
di gratia missus quanto doctor maioribus suis tanto
& populo gratior fuit. Primus itaq; leges & senat⁹
annuosq; magistratus & rei p. formam composuit
ut a pirro sedes / sic uita cultior populo a tarriba sta-
tuta / huius filius neoptolemus fuit / ex quo nata est
olimpias mater Alexandri magni / & Alexander
qui post eum regnum epiri tenuit / & in italia bello
gesto / in brutiis interiit post cuius mortem frater
eacidas regno successit / qui assiduis aduersus mace-
donas bellorum certaminibus populum fatigando
offensam ciuium contraxit. At propterea in exi-
lium actus pirrum filium bimum admodum paruu-
lum in regno reliquit / qui ex ipse cum populo ppter
odium patris ad necem quererentur furtim subtract⁹
in illirios defertur / traditusq; est berde glauci regis
uxori nutriendus / que & ipsa genus eacidarum
erat. Ibi cum seu misericordie fortuna eius / seu

infantibus blandimentis inductus reconciliatus cassandrum macedonie regem / qui eum subsidii coronationem deposcebat / adiuto auxilio etiam adoptionis officio / quibus rebus non eprote ocho immisericordiam nec lacrymarum undecim in regnum reuocauerunt / datis tutoribus / qui regnum usq; in adultam etatem tuerentur / adolescens deinde multa bella gessit tantusq; rerum successibus ceptus est / ut tarantinos solus aduersus romanos tuem posse uideretur.

18.

Igitur pyrrus rex epiri cum uenia tarantinorum legatione additus sanminum de lucanorū precibus & ipsis auxilium aduersus romanos pollicentibus fatigaretur / non tam supplicū precibus / q̄ spe inuadendi italie imperii inductus nentrum se cum exercitu pollicetur. in quam rem inclinatum semel animum precipitem agere cepere exempla maiorum / ne aut inferior patruo suo Alexandro uideretur / quo defensore idem tarantini aduersus lucanos usi fuerant / aut maiores animos Alexandro maiores habuisse / qui tam longa a domo militia orientem subegit. igitur relicto custode regi ptolemeo filio annos quindecim nato exercitum in porta tarantino exponit / ductibus paruulis filiis Alexandro & heleno in solium longinquique secum expeditionis adductis / cuius audito aduentu consules romanus valerius leuinus festinant / ut priusquam eo congrederetur q̄ auxilia sociorum conuenirent exer-

cimm maciem educit. Hec rex cimen & fi mine
ro imlium inferior esset: certamini moram fecit: sed
romanos imcentes iam inultata ante ep̃m ornm
forma stupere primo: mox cedere prelio coegit: victo-
resq; iam noua macedonum monstra repente inerunt:
nec hostibus incruenta victoria fuit. Iam pirrus gra
uiter vulneratus est & magna pars imlium eius cesa:
maioremq; gloriam eius victorie q̃ letitiam habuit.
huius pugne euentum multe ciuitates secure pirro se
tradunt. inter ceteras etiam locri proditio presidio ro
mano ad pirrum deficiunt. Ex ea preda pirrus ducen
tos captiuos imlites grauis romam remisit: ut cognita
virtute eius romani cognoscerent: etiam liberalitatem
interfectis deinde ciebus cum sociorum exercitus su
peruenisset. iterato prelium cum romanis facit: in quo
par fortuna prioris bello fuit. Interea mago dux car
thaginensium in auxilium romanorum cum centum
viginti nauibus ronsulis senatum adiit. egre tulisse car
thaginenses affirmans quod bellum in italia a peregrio
rege paterentur: ob quam causam missum se: ut
quoniam externo hoste oppugnarentur: externis
auxiliis iuuarentur: grane a senatu carthaginensibus
acte auxiliaq; remissa. Sed mago punico irgemo post
paucos dies quasi pacificator carthaginensium pirri
actus speculandarum consilia eius de sicilia: quo eum
accessum fama erat. Iam romanis eadem causa mutē
di auxilia carthaginensibus fuerat: ut romano bello
ne in siciliam trahere posset pirrus in italia detineret
Dum hec agunt legatus a senatu romano fabricius

luscemus missus pacem cum pirro componit ad quam
confirmandam cyneas romam cum ingentibus a pirro
domus missus neminem cuius domus muneribus pa-
teret inuenit. hunc contmentie romanorum simile
exemplum hisdem ferme temporibus fuit. Nam
missi a senatu egiptum legati cum exercitu ingenti
cum ingrecia sibi a ptolomeo rege missa munera spre
uissent / interfectis diebus ad cenam inuitatis aureo
corone misse sunt / quas illi honoris causa receptas
postero die statuis regis imposuerunt. Igitur cyneas
cum turbatam cum romanis pacem ab appio claudio
renuntiasset / interrogatus a pirro qualis roma esset
respondit regum urbem sibi uisam. Post hec legati
siculorum superuenunt tradentes pirrho totius
insule imperium / que assiduis carthagmensibus bel-
lis uexabatur. Itaq; relicto locris Alexandro filio fir-
matisq; ciuitatibo ualido presidio in siciliam exerci-
tum traiecit. Et quoniam ad carthagmensium men-
tionem uentum est / de origine eorum pauca dicen-
da sunt / repetitis tyriorum paulo altius rebus / quo-
rum casus etiam dolendi fuerunt. Tirionum gens
condita a femicibus fuit / qui terremotu uexati re-
licto patrio solo assirium stagnum primo / mox ma-
ri proximum litus incoluerunt / condita ibi urbe
quam apiscium ubertate sodona appellauerunt. Nam
piscem phenisces sindon uocant / post multos dein
annos a rege ascalonitarum expugnati nauibus ap-
pulsi tiron urbem ante annum troiane cladis conci-
derunt. Ibi per sarum bellis diu uarieq; fatigati uic-

toreſ quidem fuere. ſed attritiſ turribuſ aſeruiſ ſuiſ
multitudine abundantibuſ indigna ſupplicia perpeſſi
ſunt. qui conſpiratione facta omnem liberum popu
lum cum dominiſ interficiunt. atq; ita potiti urbe
lareſ dommorum occupant. rem-p. inuadunt/ con
tugeſ ducunt. & quod ipſi non erant liberoſ procreāt.
Vnuſ ex tot milibuſ ſeruorum fuit/ qui miti ingenio
ſenſ domini parumliq; filii fortuna moueretur. do
minoſq; non truci feritate. ſed pia miſericordie huma
nitate reſpiceret. ſtaq; cum uelut ocioſoſ alienaſſet
ſeruiſq; de ſtatu rei deliberantibuſ placuiſſet regem
ex corpore ſuo creari eum potiſſimum quaſi acceptiſ
ſimum diuiſ/ qui ſolem orientem primuſ uiciſſet rem
ad ſtratonem. hoc enim nomen ei erat dominum oc
culte detentum detulit. Ab eo formatuſ cum mecho
noctii omneſ in unum tempuſ proceſſiſſent/ ceteriſ
orientem ſpectantibuſ ſoliſ occidentiſ regionem in
tuebatur. ſed primum aliiſ uideri furor in occidēte
ſoliſ ortum querere. ubi uero dieſ aduentare cepit.
editiſſimiſq; culminibuſ urbiſ orienſ ſplendere expec
tantibuſ aliiſ. ut ipſum ſolem aſpicerent. iſ primuſ
omnibuſ fulgorem ſoliſ in ſummo faſtigio ciuitatiſ
oſtendit. non ſeruiliſ ingenii ratio uiſa. requimen
tibuſq; auctorem de domino confitetur. Tunc intellec
tum eſt quanto dommorum ingenia preſtarent.
militiaq; ſeruoſ non ſapientia uincere. Igitur uenia
ſeni filioq; data eſt. & uelut numine quodam re
ſeruatoſ arbitranteſ regem ſtratonem creauerunt.
poſt cuiuſ mortem regnum ad filium. ac deinde ad

nepotes transiit. Celebre hoc seruorum facinus: me-
tuendumq; exemplum toto orbe terrarum fuit.
Itaq; Alexander magnus cum interiecto tempore
moriente bellum gereret uelut ultor publice secu-
tatis expugnato eorum urbe: omnes qui preli
superfuerant ob memoriam ueteris cedis: cruci-
affixit: genus tantum stratonis inuiolatum serua-
uit. Regnumq; stirpi eius restituit: ingenuis &
innoxiis incolis insule attributis: ut exstirpato
seruili germine genus urbis ex integro conderet.
hoc igitur modo tiri Alexandri auspiciis conditi-
parsimonia & labore querendi cito conualuere. Ate
cladem dominorum cum & opibus & multitudine
abundarent immissa in africam iuuentute: uticam
condidere. Cum interim rex multo tyro decidit
filio pigmalione & elissa filia insignis forme filie
herechibus institutis: sed populus pigmalioni admo-
dum puero regnum tradit. Elissa quoq; acerue auu-
culo suo sacerdoti herculis: qui honos secundus a re-
ge erat: nubit: huic magne: sed dissimulate opes erat
animumq; metu non texit: sed terre crediderat:
quam rem & si homines ignorarent. fama tamen
loquebatur: qua incensus pigmaleon: oblitus iuris
humani auunculum suum: eumdemq; generum
sine respectu pietatis occidit. elissa diu fratrem pro-
pter scelus aduersata ad postremum dissimulato
odio mitigatoq; interim uultu fugam tacita molit
assumptisq; quibusdam principibus in societatem: qb;
par odium in regem esse eandemq; fugiendi cupi-

ditatem arbitrabatur. Tunc fratrem dolo aggredit.
fingit se ad eum migrare uelle ne amplius ei maritu
dolosus cupide obluctanti grauem luctus imaginem re
nouet. ne ue ultra amara admonitus oculis eius occur
rat. non inuitus pigmalion uerba sororis audiuit
existimans cum ea & animum ad se uenturum. Sed
elissa ministros tugurtinos a rege missus nauibus
cum omnibus opibus suis prima uespere imposuit
proiectaq; in altum compellit eos onera barene
pro pecunia in uoluminibus uoluta in mare de
cere. tunc defleta ipsa lugubriq; uoce acerbum eet
orat ut libens opes suas recipiat. quas reliquerit. ha
beatq; inferas. quas habuerit causam mortis. Tunc
ministros aggreditur. sibi quidem ait optatam opta
tam olim mortem. sed illis amaros cruciatus &
dira supplicia imminere. qui acerbe opes. quarum
spe parricidium nefas fecerit. animitte tyranni sub
traxerint. hec mente omnibus iniecto comites fuge
accepit. fumquntur & senatorum ea nocte preparata
agmina. atq; uta sacris herculis. cuius sacerdos acer
uas fuerat. repetitis exilio sedes querunt. Primus
illis appulsus terre cipruis insula fuit. ubi sacerdos
ionis cum coniuge & liberis deorum monitu comi
tem se elisse sociumq; prebuit. pactus sibi posteriscq;
perpetuum honorem sacerdotii. condito pro ma
nifesto omine accepto. Mos erat cipriis uirgines
ante nuptias statuis diebus doralem pecuniam que
situras in questum ad latus maris mittere. pro reliq
pudicitia libamenta uenen solituras. harum ig

ex numero octoginta admodum uirgines raptas
nauibus imponi elissa iubet. & ut iuuentus matri-
monia & urbi sobolem habere posset. Dum hec a
aguntur pigmalion cognita sororis fuga: cum im-
pio bello fugientem persequi pararet ego ꝑ scelus
matris deorumq; minus uectus queant. Cui cum
inspirati uates canerent non impune laturum
si incrementa urbis toto orbe auspicatissime inter-
pellasset: hoc modo spatium respirandi fugientib⁹
datum. Itaq; elissa delata in africe simum incolas
loci eius aduentu peregrinorum mutuarumq; rerū
commertio gaudentes in amicitiam sollicitat. Deīn
empto loco qui corio bouis cingi possit: in quo fessos
longa nauigatione socios quoad proficiscentur
reficere posset: eorum intemissimas partes secari
iubet. atq; ita manus loci spatium q̄ petierat: oc-
cupat. Vnde postea ei loco byrse nomen fuit. Con-
fluentibus deinde uicinis locorum qui spe lucri
multa hospitibus uenalia inferebant: sedesq; sibi
statuentibus ex qꝫ frequentia hominum uelut in-
star ciuitatis effectum est. Vticenses quoq; legati
dona ut consanguineis attulerunt: hortatiq; sunt
urbem ibi conderent: ubi sedes fortuti sunt essent.
sed & afros determinedi aduenas amor cepit. utq;
consentientibus omnibus carthago conditur statu-
to annuo uectigali pro solo urbis. In primis fun-
damentis caput bubulum inuentum est: quod
auspicium fructuose quidem sed laboriose perpe-
tueq; seruie urbis fuit. ꝓpter q̄d in alium locum urbs

urbſ : ibi quoq; equi caput repertum bellicoſum
potentemq; populum futurum ſignificanſ urbi auſpi
catam ſedem dedit . Tunc ad opimonem noue urbiſ
concurrentibuſ gentibuſ breui & populuſ & ciuitaſ
magna facta . Cum ſucceſſu rerum florenteſ cartha
ginis opeſ eſſent : rex mauritanorum hiarbas decem
ꝓcerum principibuſ ad ſe accerſituſ : eliſſe nupciaſ ſub
belli denuntiatione petit : quod legati regi referre
metuenteſ ꝓnico cum ea ingenio egerunt : nunciantes
regem aliquem poſcere : qui cultioreſ uictuſ eam
afroſq; perdoceat : ſed quem inueniri non poſſe : qui
ad barbaroſ & ferarum more uiuenteſ tranſire a ſan
guineſ uelit : tunc a regina caſtigati ſi pro ſalute
patrie aſperiorem uitam recuſarent : cui etiam ipſa
uita ſi reſ exigat debeatur regiſ mandata aperuere :
dicenteſ que ꝓcipiat aliiſ ipſi facienda eſſe ſi uelit
urbi conſultum eſſe . Hoc dolo capta diu acerue
uiri nomine : cum multiſ lachrimiſ & lamentatiõe
flebili inuocato ad poſtremum uiuram ſeſe : quo ſue
urbiſ fata uocarent : reſpondit . In hoc trium men
ſium ſumpto ſpatio ꝓra in ultima parte urbiſ exciuiſ
ta uelut placatura uiri manes : inferiaſq; ante nu
ptiaſ miſſima multaſ hoſtiaſ cedit : & ſumpto gladio
piram conſcendit : atq; ita ad populum reſpiciens
uiuam ſe ad uirum ſicut ꝓcepe.rat dixit : uitamq;
gladio finiuit . Quamdiu carthago inuicta fuit
pro deo culta eſt . Condita eſt hec urbſ ſeptuagiſta
duobuſ annis ante-q̃ alba : cuius ſicut uirtuſ bello
clara fuit : ita domi ſtatuſ uariiſ diſcordiarum

casibus agitatus est / cum inter cetera mala etiam
peste laborarent cruenta sacrorum religione & sce-
lere pro remedio usu sunt / quippe homines ut uict-
mas immolabant / & impuberes que etas etiam ho-
stium misericordiam prouocat / aris admouebant /
pacem deorum sanguine eorum exposcentes / pro
quorum uita dii rogari maxime solent . Itaq; ad-
uersis tanto sceleri nūminibus cum in sicilia diu
infeliciter dimicassent / translato in sardiniam bello
amissa maiore exercitus parte grauiq; prelio uicti
sunt propter quod ducem suum mazeum / cuius
auspicius & sicilie partem domuerant / & aduersis
afros magnas res gesserant / cum parte exercitus / q̄
superfuerat / exulare misserunt / quam rem egre
ferentes milites legatos carthaginem mittunt / qui
redditum primo uenia mq; infelicis militie petant /
tum demum quod precibus nequeant armis
se consecuturos . Cum & preces & mine legatorū
sprete essent / interiectis diebus consensis tra ubi
armati ad urbem uenunt / ibi deos hominesq; te-
stantur nō se expugnatum / sed recuperatum pa-
triam uenire / ostensurosq; ciuibus suis non uirtu-
tem sibi priore bello / sed fortunam defuisse / pro-
hibitis commeatibus obsessaq; urbe in summam de-
sperationem carthaginenses adduxerunt . Interea
carthalo mazei ducis exulis filius cum preter castra
patris a tyro / quo decimas hercule ferre ex preda
siculensi / quam pater eius ceperat a carthaginē sib
missus fuerat / reuerteretur / accersituſq; a patre

esset / pri
q̄ private
indigne f
ausus est
commeat
ornatus q
se oculis r
ait / Ausi
& auro or
uenire / &
quiete fel
trare / nu
aptior q̄ s
runt . q
trem / du
sti / qu
q̄ uictor
igitur t
scis / ego
iudicabo
hac infe
in altissi
urbis sub
gnem c
inuriam
tempti
rum ciu
re dicit
bem leg

esset / prius se publice religionis officia exequuturum
q̃ priuate pietatis respondit / quam rem tam & si
indigne ferret pater non tamen uim afferre religiõi
ausus est. Interiectis deinde diebus carthalo petito
commeatu a populo cum reuersus ad patrem esset /
ornatusq; purpura & insulis sacerdotum omnium
se oculis ingereret / eo in secretum abducto pater
ait / Ausus ne es nefandissimum caput ista purpura
& auro ornatus in conspectum tot miserorum ciuiũ
uenire / & mesta ac lugenna castra circumfluentib⁹
quiete felicitatis insignibus uelut exultabundus in-
trare / nusquam ne te aliis tractare potuisti nullus loc⁹
aptior q̃ sordes patris & exilii infelicis erumpne fue-
runt. Quid quod paulo ante uocatus non dico pa-
trem / ducem certe ciuium tuorum superbe spreui-
sti / Quid porro tui purpura ista coronisq; aliud /
q̃ uictoriarum mearum titulos geris / Quoniam
igitur tu in patre nichil nisi exilis nomen agno-
scis / ego quoq; imperatorem me magis q̃ patrem /
iudicabo / statuamq; in te exemplum ne quis post
hac infelicibus miseriis patris illudat / atq; ita eum
in altissimam crucem cum ornatu suo in conspectu
urbis subhoc misit / post paucos deinde dies cartha-
ginem cepit / euocatoq; popolo ad contionem exilii
iniuriam queritur / belli necessitatem excusat con-
temptumq; uictoria sua primis auctoribus misero-
rum ciuium inimicos exilii omnibus se uenam da-
re dicit / atq; ita decem senatoribus interfectis / ur-
bem legibus suis reddit / nec multo post ipse affectati

regni accusatus duplicis & in filio & in patria parricidii penas dedit. huic mago imperator successit cuius industria & opes carthaginensium & imperii fines & bellice glorie primo laudes creuerunt.

19 MAgo carthaginensium imperator. cum primus omnium ordinata disciplina militari imperium penorum condidisset. uiresq; ciuitatum non minus bellandi arte q̄ uirtute firmasset. die defungitur relictis duobus filiis hasdrubale & Amilcare. qui per uestigia paterne uirtutis decurrentes sicuti generi ita & magnitudini patris successerunt. his ducibus sardinie bellum illatum aduersus afros quoq; uectigal pro solo urbis t multorum annorum repetentes dimicatum. sed afforum sicuti causa iustior ita & fortuna superior fuit bellumq; cum his solutione decime non armis finitum. in sardinia quoq; hasdrubal grauiter uulneratus imperio hamilcari fratri tradito interiit. cuius morte cum luctus ciuitatis. tum dictature undecim & triumphi quatuor insignem fecere. hostibus quoq; creuere animi. ueluti cum duce uires penorum cecidissent. itaq; sicule populis propter assiduas carthaginensium iniurias. ad leonidam fratrem regis sparthanorum concurrentibus graue bellum natum. in quo & diu & uaria uictoria prelatum fuit. Dum hec aguntur legati a dario persarum rege carthaginem uenerūt afferentes edictum. quo pueri humanas hostias immolare & canina uesci prohibebantur mortuorumq;

corpora cremare potius q̄ terra obruere a rege iubē
bantur petentes simul auxilia aduersus greciam
cui illaturus bellum darius erat. Sed carthagīenses
auxilia negantes propter assidua finitimorum
bella. ceteris ne per omnia cuncta tes uiderent contumaces
cupide paruere. Interea hamilcar bello siculis
interficitur relictis tribus filiis hamilcare. hanno-
ne. gisgone. hasdrubalu quoq; par numerus filiorū
fuit hannibal. hasdrubal & sapho per hos res car-
thaginensium ea tempestate regebantur. itaq; &
mauris bellum illatum & aduersus numidas pugna-
tum & afri compulsi stipendium urbis condite
carthaginensibus remittere. dein cum familia tāta
imperatorum grauis libere ciuitati esset. omniaq;
que ipsi agerent simul & iudicarent centum ex nu-
mero senatorum iudices deligūntur. qui reuersis
a bello ducibus rationem rerum gestarum exigerēt.
ut hoc metu ita in bello imperia cogitarent. ut domi
iudicia legesq; respicerent. In sicilia in locum hamil-
caris imperator hamilco succedit. qui cum nauali ter-
restriq; prelio secunda bella fecisset. multasq; ciuitates
cepisset repente pestilentis sideris. ut exercitum ami-
sit. que res cum carthagini nuntiata esset. mesta
ciuitas fuit. omnia ululatibus non secus ac si urbs ca-
pta esset personabāt. clause priuate domus. clausa
deorum templa. intermissa omnia sacra. omnia pri-
uata officia damnata. cuncti deinde ad portum
congregantur. egredientesq; pauos e nauibus. qui
cladi superfuerant de suis percontantur. ut uero

dubia ante spe & suspenso metu / incerta orbitatis
expectatione casus suorum miseris eluxit / tunc to-
to litore plangentium gemitus / tunc infelicium
matrum ululatus & flebiles querele audiebantur. in-
ter hec procedit incepse nauibus imperator horrida
seruilq; tunica distinctus / ad cuius conspectum pla-
gentium ag mina mingunt̃ur · Ipse quoq; manus ad
celum tendens / nunc sortem suam / nunc publicam
fortunam defiet / nunc deos accusat / qui tanta belli
decora & ornamenta victoriarum / que ipsi dede-
rant / abstulerint / qui captis tot urbibus totiensq;
hostibus terrestri nauali q; prelio uictis exercitum
victorem non bello / sed paste deleuerunt / deferre
se tamen ciuibus suis non modica solatia / quod ma-
lis eorum hostes gaudere non gloriari possint / qp
peream neq; eos / qui mortui sunt / a se occisos / neq;
eos / qui reuersi sunt / a se fugatos dicere possint /
sed predam / quanquam relictis a se castris abstule-
rint non esse talem / quam uelint spolium victi ho-
stis ostentent / sed quam possessione nacta fortuitis
dominorum mortibus sicuti caduca occuparint / qđ
ad hostes pertinet / uictores se recessisse / quod ad
pestem uictos nichil tamen se grauius ferre / q̃ qđ
inter fortissimos uiros mori non potuerit / seruat̃q;
sit non ad uite iocunditatem / sed ad lucubrium
calamitatis / quanquam ubi miseras copiarum re-
liquias carthaginem reduxerit se quoq; secum mi-
commilitones suos ostensurumq; patrie non ideo
se in eam diem uixisse / quoniam uellet uiuere /

sed ne hos / q
hostium ocr
nocturne
sue uenit / p
mo colloqui
ad se nec fili

Dionis
cupa
regi
citu
& ut milium
regni fines
grecos / qui
fuit / quibu
nesq; greci
destmat / q
uniuersam
demq; mult
uestigia gre
populi / qu
uenerunt
demus capt
sit / hadria
adriatico m
Arpos dio
latius conch
tores habent
spinambris

sed ne hos / quibus nefandis lues peperisset / miser
hostium execratus relictos morte sua proderet / tali
nocturno per urbem ingressus ad limina domus
sue venit / prosecutam multitudinem uelut postre-
mo colloquio dimisit / obseratisq, foribus ac nemine
ad se nec filiis quidem admissis / mortem sibi consciuit

Dionisius e sicilia carthaginensibus pulsis oc-
cupatoq, totius insule imperio / graue ocium
regno suo periculosumq, desidium tanti exer-
citus ratus copias in italiam traiecit / simul
& ut militum umes continuo labore acuerentur / &
regni fines proferrentur. Prima ibi militia aduersus
grecos / qui proxima italie maris littora tenebant /
fuit / quibus deuictis finitimos quoq, aggressus / om-
nesq, greci nominis italiam possidentes hostes sibi
destinat / que gentes non partem / sed uniuersorum
uniuersam ferme italiam ea tempestate occupauerat
demq, multe urbes adhuc post tantam uetustatem
uestigia greci moris ostentant. Hamq, tuscorum
populi / qui oram inferi maris possident / a ludia
uenerunt / & uenetos / quos incolas superi maris ui-
demus capta & expugnata troia antenore duce mi-
sit / hadria quoq, illirico mari proxima / que &
adriatico mari nomen dedit / greca urbs est.
Arpos diomedes excisso ilio naufragio in ea loca de
latus concidit / sed & ipse in liguribus grecos auc-
tores habent / & in tuscis tarquinii a thessalis &
spinambris / perusini quoq, originem abacheis du-

cunt / quid ceren urbem dicam / quid latinos po-
pl̃os / qui ab enea conditi uidentur / iam falisci
nolani / abellani non ne calcidicnsium colonu sunt /
quid tractus omnis campanie / quid bruti sabiniq;
quid samnites / quid tarantini / quos a lacedemone
profectos spurioscq; uocatos accepimus / thurinorum
urbes condidisse philoctetem ferunt / ibiq; adhuc
monimentum eius uisitur / & herculis sagitte in
apollinis templo / que fatum troie fuere / metapon-
tini quoq; in templo minerue ferramenta / quib⁹
epeos / a quo conditi sunt / equum troianum fa-
bricatus / ostentant / propter quod omnis illa
pars italie maior grecia appellata est. Sed prin-
cipio originum metapontini cum sibaritanis
& crothoniensibus pellere ceteros grecos italia
statuerunt. Cum primum urbem sirim cepissent
in expugnatione eius quinquaginta iuuenes am-
plexos minerue simulacrum sacerdotemq; dee
uelatum ornamentis deorum inter ipsa altaria
trucidauerunt. ob hec cum peste & seditionibus
uexarentur / priores crotonienses delphicum ora-
culum adierunt / responsum his est finem mali
fore / si uiolatum minerue numen & interfecto-
rum manes placassent. Itaq; cum statuas iuueni-
bus iuste magnitudinis & in primis minerue fa-
bricare cepissent / metapontini cognito oraculo
deorum occupandam mannum & dee pacem rati
iuuenibus modica & lapidea simulacra ponunt /
& deam panificii placant / atq; ita pestis utrobiq;

sedata est / cum alteri magnificentia alteri uelocita-
te certassent -Recuperata sanitate non diu croto-
nenses quieuere / utq, indignantes in oppugnatone
siris auxilium contra se a locrensibus illarum bel-
lum his intulerunt / quo metu territi locrenses ad
spartanos decurrunt auxilium supplices de pre-
cantur / illi longinqua militia grauati auxilium
a castore & pollüce petere eos iubent / neq, legati
responsum socie urbis spreuerunt / profectiq, in
proximum templum facto sacrificio auxilium
deorum implorant / litatis hostiis obtentoq, ut
rebantur quod petebant / haud secus leti quasi
deos ipsos secum aduecturi essent / pulmaria his
in naui componunt / faustisq, profecti omnibus so-
latia suis pro auxiliis deportant -his cognitis croto-
nienses & ipsi legatos ad oraculum delphos mittunt
uictorie facultatem belliq, prosperos euentus depre-
cantes / responsum prius uotis hostes q̄ armis uince-
dos / cum uouissent apollini decimas prede / locren-
ses & uoto hostium & responso dei cognito / nouas
uouerunt / tacitamq, eam rem habuere / ne a uotis
uincerentur -Itaq, cum in aciem processissent &
crotoniensium centum uiginti milia armatorum
constitussent / locrenses paucitatem suam circumspi-
cientes / nam sola quindecim milia militum habebāt /
omissa spe uictorie / indestinatam mortem conspirant /
tantusq, ardor ex desperatione singulos cepit / ut
uictores se putarent / si non multi morerentur / sed
dum honeste mori querunt / feliciter uicerunt /

nec alia causa victorie fuit / q̄ quod desperauerunt
pugnantibus locis aquila a facie nunquam recessit
eosq; tam diu circumuolauit quoad uicerent / in-
cornibus quoq; duo iuuenes diuerso a ceteris armo
rum habitu eximia magnitudine / albis equis &
coccineis paludamentis pugnare usi sunt / nec ulla
apparuerunt q̄ pugnatum est / hanc admirationē
auxit incredibilis fame uelocitas / nam eadem die
qua in italia pugnatum est & cormitho & athenis
& lacedemone nunciata est victoria / Post hec cro
toniensibus nulla in armis exercitatio / nulla armo-
rum cura fuit / oderant enim eque infeliciter sum
pserant / mutassentq; uitam luxuria ni pithagoras
philosophus fuisset / huc sami de carato locuplete
negociatore patre natus / magnusq; sapientie incre
mentis ornatus egiptum primo mox babilloniam
ad perdiscendos siderum motus originemq; mūdi
spectandam profectus / summam scientiam consecu
tus erat / inde regressus cretam & lacedemonium
ad cognoscendas mores & licurgi ac tas ea tempe-
state leges contenderat / quibus omnibus perstruct
crotonam uenit / populumq; in luxuriam lapsum
auctoritate sua ad usum frugalitatis reuocauit / lau-
dabat quotidie uirtutem / & uitia luxurie eversumq;
ciuitatum hac pestis perditarum enumerabat / tan
tumq; studium ad frugalitatem multitudinis pro
uocauit / ut aliquos ex his luxuriatos in optimam
frugem conuersos fuisse incredibile uideretur / ma-
tronarum quoq; seperatam a uiris doctrinam / &

puerorum a parentibus frequenter habitu docebat
nunc hac pudicam & obsequa in unos. nunc illos
modestam & literarum studium inter hec uelut
genitricem uirtutum frugalitatem omnibus ingere
bat. consecutusq; disputationum assiduitate erat ut
matrone auratas uestes ceteraq; dignitatis sue ornamen
ta uelut instrumenta luxurie deponerent. eaq; oia
delata in unonis sedem eadem ipsi dee consecrarent
prefe ferentes uera ornamenta matronarum pudi
cam non uestes esse. In uirtute quoq; quantum
profligatum sit uitii feminarum communacel animi
manifestant. Sed trecenti ex iuuenibus cum sodali
tii iure sacramento quodam nexi separatam ceteris
cunctis uitam exercent quasi ceteri clandestine con
iurationis haberent cunctatem in se conuerterunt. q
eos cum in unam domum conuenissent. cremare
uoluit. in quo tumultu sexaginta ferme perire
Ceteri in exilium profecti. Pithagoras autem cum
annos uiginti crotone egisset. metapontum emigra
uit. ibiq; decessit. cuius tanta admiratio fuit. ut
ex domo eius templum facerent. eum pro deo co
lerent. Iouius Dionysius tirannus. quem supra exer
citum exhibita in italiam trauecisse. bellumq; grecis
intulisse memorauimus. expugnatis Iocris crotonien
ses uxores longo deo. ex prioris belli clade rebu
mentes aggreditur. qui fortius cum paucis tanto
exercitui eius. quam armatos cum tot milibus locren
sium paucitatem restiterunt. tantum uirtutis paupras
aduersus insolentes diuitias habet. tantoq; ispenata

interdum sperate victorie certior est. Sed Dionysium gerentem bellum legati gallorum qui ante mē-
ses romam incenderant societatem amicitiamq; petentes adeunt gentem suam inter hostes eius positam esse magnoq; usui futuram uel in acie bellanti uel detergo intentis in prelium hostibus affirmant. grata legatio dionisio fuit. utraq; pacta societate & auxiliis gallorum auctus bellum uelut ex integro restaurat. His autem gallis causa in italiam uenendi sedesq; nouas querendi intestina discordia & assidue domi dissensiones fuere. quarum tedio cum in italiam uenissēt sedibus tuscos expulerunt. & mediolanum cumum brixciam ueronam bergamum tridentum uincentiam condiderunt. tusci quoq; duce rato amissis alpes occupauere. & ex nomine ducis gentē ratorum condiderunt. Sed dionisium in siciliam aduentus carthaginensium reuocauit. qui reparato exercitu bellum quod hue deseruerant auctis uiribus repetebant. dux belli hanno carthaginensis erat. cuius inimicus sumator potentissimus ea tempestate penorum. cum odio eius grecis litteris dionysio aduentum exercitus & segnitiam ducis familiariter prenuntiasset. comprehensis epistolis proditionis dampnatur. facto senatus consulto ne quis postea carthaginensis aut litteris grecis aut sermoni studeret. nē aut loqui cum hostē aut scribere sine interprete posset. nec multo post dionisius. quem paulo ante non sicilia. non italia capiebat assiduis belli certaminibus uictus fractusq; ad postremum insidiis

suorum inte

Ex tin
mult
dion
quos
unum rem
sios diuider
uicta regni
imperii sui
gestiebat. q
prius ad fau
excusatus
omnibus for
diuitit tri
quibus cunc
sollicitat.
cognatos ta
ut quibus c
consortium
q; in exter
segnitiem l
oculorum c
non puluer
ipsius posse
seuera gras
sed credibus
omnibus q;
eum siracus

suorum interficitur.

Ex tanto in sicilia dionysio tiranno in locum ei⁹ 21.
milites maximum natu ex filiis eius nomine
dionysium sufficere & naturam eius secuti &
quod firmius futurum esset regnum si penes
unum remansisset / q̄si portionibus inter plures fi-
lios diuideretur / arbitrarentur. Sed dionysius inter
initia regni aemulos fratrum suorum uelut emulos
imperii sui hortatores puerorum ad diuisionem tolle⁹
gestiebat / quare paulisper dissimulatum animum
prius ad fauorem popularium consiliandum intēdit /
excusaturus facturus quod statuerat si probatus ante
omnibus foret. Igitur nexorum tria milia e carcere
dimittit tributa populo per triennium remittit / &
quibuscunq, delinimentis potest animos omnium
sollicitat / tunc ad destinatum facinus conuersus nō
cognatos tantum fratrum / sed etiam ipsos interficit:
ut quibus consortium regni debebat non spiritus q̄t
consortium relinqueret / tirannidem in suos prius
q̄ in exteros auspicatus. Sublatis deinde emulis in
segnitiem lapsus stigmam corporis ex nimia luxuria
oculorumq, ualitudinem contraxit adeo non solem /
non pulueren / non denique splendorem ferre lucis
ipsius posset propter que dum contemni se putat
seuitia grassatur / nec ut pater cārcerem modo nexis
sed cedibus ciuitatem replet / ob que non contemptior
omnibus q̄ inuisior fuit. Itaq; cum bellum aduersus
eum siracusani decreuissent / diu dubitauit an īperiū

deponeret an bello resisteret / sed a militibus pre-
dam & urbis direptionem sperantibus descendere
in prelium cogitur uictus cum iterato non felicius
fortunam temptasset legatos ad siracusanos mittit /
spondens se depositurum tirannidem si mitterent
ad eum cum quibus sibi de pace conuenirret . Inquam
rem missos primores in carcere retinet / atq, in cautis
omnibus / nec quicquam hostile metuentibus exerci-
tum ad defendam ciuitatem mittit . Fit igitur in
ipsa urbe anceps prelium / in quo opidanorum mul-
titudine superantibus dionisius pellitur / qui eum
obsidionem arcis timeret cum omni regio apparatu
in italiam profugit / tantus exul a locrensibus sociis
exceptus uelut sine regnaret / arcem occupat / sol-
tamq, sibi seruitam exercet / coniuges principum
ad stuprum rapi iubebat / uirgines ante nuptias ab
ducebat / stupratasq, sponsis procis reddebat . locu
plectissimos quoq, aut ciuitate pellebat / aut occidi
imperabat / bonaq, eorum inuadebat deinde cum
rapine eorum occasio deesset / uniuersam ciuitatē
callido commento circumuenit . Cum regnorum
tirranni leofronis bello locrenses premerentur / uo-
uerant se uictores forent / ut die festo ueneri uirgi-
nes suas prostituerent / quo uoto intermisso cum
aduersa bella cum lucanis gererent / in contionem
eos dionysius uocat / hortatur ut uxores filiasq, suas
in templum ueneris q̄ possint ornatissimas mittant /
ex quibus sorte ducte centum uoto publico fungan-
tur / religionisq, gratia uno stent in lupanari meuse

ommibus ante iurantibus uirs / nequis ullam cõmi
net / que res ne uirginibus uoto ciuitatem soluentib⁹
fraudi esset / decretum facerent / nequa uirgo nube
ret priusq̃ ille meritis traderentur · Probato consilio
quo & superstitionem & pudicitie uirginum consule
batur / certatim omnes femine impensius exornate
in templum ueneris conuenerunt / quas omnes Dio
nisius immissis militibus spoliat / ornamentaq; matro
narum in predam suam uertit quarundam uiros du
tiores interficit / quasdam ad prodendas uirorum
pecunias torquet · Cum his artibus per annos sex
regnasset conspiratione ciuium ciuitate pulsus
in siciliam redit / ibi siracusas secum omnibus post
longam interpedimen pacis per proditionem
recipit · Dum hec in sicilia geruntur / interim in
africa princeps carthaginensium hamo opes suas /
quibus uires rei p. superaret ad occupandam do
minationem intendit / regnumq; inuadere inter
fecto senatu coratus est / cui sceleri solemnem nupta
rum diem filie sue legit / quo religione uotorum ne
fanda commenta facilius tegerentur · Itaq; plebi epu
las in publicis porticibus senatui in domo sua parat /
ut poculis ueneno infectis secretius senatum ócsine
arbitris interficeret / orbamq; rem p. facilius inuade
ret · Qua re magistratibus per ministros prodita
scelus declinatum non iudicatum est / ne in uno
tam potenti plus negocii faceret res cognita q̃ cogi
tata · Contenti itaq; coh̄buisse decreto modo nupta
rum sumptibus statuunt / idq; obseruari non ab̄imo

ſed abiminerſis uibent : ne perſona deſignata non
uitia correcta uiderentur . hoc conſilio preuentus
iterum ſeruitia concitat . ſtatutaq, rurſus cedum
die / cum demo ſe proditum uideret timens inclciũ
munitum quoddam caſtellum cum uigenti milibus
ſeruorum armatis occupat . ibi dum afros regemq,
maurorum concitat capitur uinclisq, oculis / effoſſis ocu
lis / & manibus cruribuſq, fractis uelut a ſingulis mẽ
bris pene exigerentur in conſpectu populi occidit
corpus uerberibus laceratum in cruce figitur . filii
quoq, cognatiq, omnes etiam innoxii ſupplicio tra
duntur . ne quiſq, aut ad imitandum ſceleris / aut
ad mortem ulciſcendam ex tam nefaria domo ſupe
reſſet . interea dionyſius ſiracuſis receptus cum gra
uior crudeliorq, in dies ciuitati eſſet iterata conſpi
ratione obſidetur . Tunc depoſito imperio arcem ſira
cuſanis cum exercitu tradidit / recepto pmiatoq, in
ſtrumento corinthum in exilium proficiſcitur / ubi
humillima queq, tutiſſima exiſtimans in ſordidiſſi
mum uite genus deſcendit / non contentus in publico
uagari / ſed potare / nec conſpici in popinis lupanaribq,
ſed totis diebus reſidere / tum cum perditiſſimo quoq,
de minimis rebus diſceptare pannoſus & ſqualidus
incedere / riſum libentius prebere q̃ captare in macel
lo perſpectare . quod emere non poterat : oculis de
uorare apud ediles aduerſus lenones iurgare / omniaq,
ita facere ut contemnendus magis q̃ metuendus vi
deretur / nouiſſime ludi magiſterium profeſſus pueros
in triuio docebat . ut aut a timentibus ſemper ĩpublico

uideretu
Hamlio
ſimultat
magiſq,
pertus q
bus non
contemp
tuta con
lationu
dem : n
hec cart
magni
uellet a
hamilca
facund
metum
& alexa
egipti
ditas / t
hamilc
fugiſſe
ſe expe
tis in t
bus ſu
morte
ditaſſe
deli ar

A

uideretur: aut a non timentibus facilius contemneret.
Hamlicet semper uitiis tirannicis abundaret: tamen
simultatio simulatio hoc uitiorum non nature erat.
magisq, hec arte q̄ amisso regali pudore faciebat: ex
pertus quod inuisa tirannorum forent etiam sine opi
bus nomina laborabat ita. inuidiam preteritorum
contemptu presentium demere: neq, honesta: sed
tuta consilia circumspiciebat. Inte has tamen dissimu
lationum artes ter insimulatus est affectate tiranni
dem: nec aliter q̄ dum contemnitur liberatus est. Inter
hec carthaginenses tanto successu rerum Alexandri
magni exterriti. uerentes ne persico regno & africam
uellet adiungere: mittunt ad speculandos eius animos
hamilcarem cognomento romanum uirum solertia
facundiaq, preter ceteros insignem. Augebant enim
metum & tirus urbs auctorum originis sue capta
& alexandria emula carthaginis in terminis africe &
egipti condita: & felicitas regis apud quem nec cupi
ditas: nec fortuna ullo modo terminabantur. Igitur
hamilcar per parmenionem aditu regis obtento pro
fugisse ad regem se expulsum patria fingit: multeq,
se expeditionis offert: atq, ita consiliis eius explora
tis in tabellis ligneis uacua desuper cera inducta cul
bus suis omnia perscribebat: sed carthaginenses post
mortem regis reuersum in patriam quasi urbem uen
ditasset non ingrato tantum: uerum etiam & cru
deli animo necauerunt.

Agatocles sicilie tirannus: qui magnitudini 22.

prioris dionisii succesſit: ad regni maiestatem ex hu
mili & sordido genere peruenit: quippe in sicilia pa
tre figulo natus non honestiorem puerituamq; princi
pia origenis habuit. Siquidem forma & corporis pul
critudine egregius diu utram stupri patientia exhi
buit. Annos deinde pubertatis egressus libidinem a
uiros ad feminas transtulit. Post hec apud utrumq; se
cum famosus uitam latrocinijs miscuit. Interfecto
tempore cum siracusas concessisset ascitusq; in ciuitatē
inter incolas esset: diu sine fide fuit: quoniam nec
in formam quod amaueret: nec in uerecundia quod
inquinaret: habere uidebatur. In summa egregiā
indolem fortunis nominauit tunc seditiosa quam
antea turpi uita: in omne facinus promptissimus
erat: nam & manu strenuus & consilijs perfa
cundus habebatur: breui utraq; omnino ac demag
tribunus multum factus est. primo bello aduersus
achaeos magna experimenta sui siracusanis dedit
sequenti campanorum tantam de se spem omnibus
fecit: ut in locum demonum ducis damascenus substi
tuerentur: cuius uxorem adulterio cognitam post
mortem eius in matrimonium recepit. nec contentus
quod ex inopi repente ditissimus factus esset: tyrannidem
aduersus patriam exercuit: salua ea fuit: quod
hoc illi capti tortiq; de illo negauerunt. Plus occupa
re imperium siracusarum natura: hostium exitium
actus est a mutinensibus apud quos exulabat odio
siracusanorum primo pretor: mox dux creatus
in eo bello & urbem lemnorum cepit & patriam

suum siracu
mulcat dux
odiis presi
pone siracu
cune hostili
cum indeti
ciuis per m
se de siracu
ipsum ostio
mulcat soci
ut quamm
duxisset: t
tenue recip
conciliatum
hunc homi
sequa pen
multis at
interfuit
populum m
tractu in
manus / h
pulsum dis
cede ex ple
interfecit
conscribit
hostile me
quoq; socio
ptet quod
A gathocle

sum siracusas obsidere cepit. ad cuius auxilium ha
milcar dux penorum imploratus depositis bellicis
odiis presidia miserum mittit. Ita uno eodemq; tem
pore siracuse & ab hoste cunctis armore defense & a
cive hostili ocio impugnate sunt. Sed Agathocles
cum videret fortius defendi urbem q̃ oppugnari pre
cibus permutumq; hamilcarem exorat ut inter
se de siculis pacis arbitria suscipiat. Legatos in
ipsum ocium sui repromutens. Quasi impleti ha
milcar securitatem cum eo iuncta cuius potentie iungere
ut quantum unum agathocli aduersus siracusanos
decisset: tantum ipse ad incrementa dominatus po
tentie reciperet. Igitur non pax tantum Agathocli
conciliatur. verum etiam preter siracusis consultum.
Hinc hamilcari expositis omnibus cereis tabellis, in ob
sequia penorum iurat: deinde accepto abeo quinq;
milibus atrorum potentissimos quosq; ex principibus
interficit. Atq; uelut nec pace firmaturus
populum in theatro ad contionem uocari iubet. Con
tracto in gymnasio senatu quasi quedam prius ordi
nanda. sic compositis rebus remissis militibus po
pulum obsidet. senatum trucidat. cuius pene ex
cede ex plebe quoq; locupletissimos & promptissimos
interficit. his itaq; gestis nubtem legit. excercituq;
conscribit. quo instructo finitimas ciuitates nichil
hostile meminetes ex improuiso aggreditur. penorū
quoq; socios premutente hamilcare fede uexat. pro
pter quod querelas carthaginem socii non tam de
Agathocle q̃ de hamilcare detulerunt. hunc ut

dominum & tirannum / illum ut proditorem ar-
guentes / a quo infestissimo hosti fortuna sociorum
interposita pactione donate sint / sicuti ab initio sira-
cuse in pignus societatis sint tradite / urbs semper
penis infesta & de imperio sicilie carthaginis emula /
nunc insuper ciuitates sociorum eidem titulo pacis
addictas denuntiare . Ioquitur se hec breui ad ipsos
redundaturra / ac prope diem sensurros quantum ma-
lum non sicilie magis / q̄ ipsi africe attulerint. His
querelis senatus in hamilcarem accenditur / sed q̄m
in imperio esset / tacita de eo suffragia tulerunt / &
sententias prius q̄ recitarentur / in urnam conjectas
obsignari iusserunt . Dum alter hamilcar gisconis
filius a sicilia reuerteretur / sed hec callida commēta
penorum & sententias maudatas mors hamilcaris
preuenit / liberatusq, est fati munere / quem sin per
inuriam ciues maudatum damnauerant / que res
agathocli aduersus penos occasionem mouendi belli
dedit . Prima igitur illi cum hamilcare gisconis filio
prelii congressio fuit / a quo victus maiore mole
paraturus bellum siracusis concessit / sed secundi
certaminis eadem fortuna / que & prioris fuit. Cum
igitur victores peni siracusas obsidione cinxissent /
agathocles cum se neq; urbibus parem / neq; ad obsi-
dionem ferendam instructum uideret / super hec a
sociis crudelitate eius offensis desertus esset / statuit
bellum in africam transferre . Ausa prorsus audacia
ut quibus in solo urbis sue par non erat / eorum ur-
bi bellum inferret / & qui sua tueri non poterat

impugnaret aliena: uictusq; uictoribus insultaret:
huius consilii non minus admirabile silentium q̃ cõ-
mentum fuit: populo hoc solum professus inuenisse
se uictorie uiam: animos illi tantum in breuem obsi-
dionis patientiam firmarent: uel eis si status presen-
tis fortune displiceret: dare se ei discedendi liberam
potestatem. Cum mille sexcenti discessissent: ceteros
ad obsidionis necessitatem frumenta & stipendia in-
struit: quinquaginta tantum secum talenta ad pre-
sentem usum asumpsit: cetera ex hoste melius q̃ ex
sociis paraturus: omnes deinde seruos militaris eta-
tis libertate donatos sacramento adigit: eosq; &
maiorem partem ferme militum nauibus imponit:
ratus exequata utriusq; ordinis conditione mutuam
inter eos uirtutis emulationem futuram: ceteros om-
nes ad tutelam patrie relinquit. Septimo igitur im-
perii anno comitibus duobus adultis filiis arditigoto
& heraclida nullo militum sciente: quo ueheretur:
cursum in africam dirigit: cum omnes aut italiam
predatum se primum aut in sardiniam uiros crede-
rent: exposito in africe litore exercitu consilium
suum omnibus aperit: quo in loco siracuse posite sint:
ostendit: quibus aliud nullum auxilium superesset:
q̃ ut hostibus faciant: que ipsi patiantur: quippe
aliter domi: aliter foris bella tractari: domi ea
sola auxilia esse: que patrie uires subministrẽt:
foris hostem etiam suis urbibus uinci deficientib;
sociis: & octo diuturni imperii externa auxilia
circumspicientibus. huc accedere q̃d urbes ca-

stellaq; africe non murꝰ ciuicꝰ / non in montibꝰ
posita sint / sed in planis campꝰ sine ullis munim-
tꝰ iaceant / quas omnes uictꝰ facile ad
belli societatem perhiri posse / manus igitur carth
ginensibus ab ipsa africa & ex sicilia ex earum
bellum coniuraq; auxilia omnium aduersus unam
urbem nomine & opibus amplissimam / & quas non
attulerit ures / nisi subito sempiternum / nec improuiso
penorum metu maximum momentum victorie
fore / qui tanta undique a hostium perculsi trepida-
turi sint / accessura & utilissima incendia castello-
rum urbiumq; commeatuum ereptionem tum
& ipsius carthaginis obsidionem / quibus omnibus
non sibi tantum in aliis / sed & saluti in se sentient
parere bella hos non solos penos uinci / sed & sicilia
liberari posse / nec enim moratimos in eius obsidione
hostes cum sua urgentur / Vsquam igitur alibi
facilius bellum / sed nec predam uberiorem inue-
nium posse / Nam capta carthagine omnem africam
sicilium; preterea uictoriam fore / gloriam certe
tam honeste militie / tantam in omne cum futura
ut terminari nullo tempore oblitione possit / ut
dicatur eos solos mortalium esse / qui bella / que
domi ferre non poterant ad hostes transtulerint /
ultro; victores insecuti sint / & obsessores urbis sue
obsederint / omnibus igitur forti ac leto animo bel-
lum meundum / quo nullum aliud possit aut pre-
mium uictoribus uberius / aut victis monumentu
illustrius clare / his quidem adhortationibus animi

multum erigebantur / hâ terrebat eos portēti visio
quod nauigantibus eis sol defecerat / cuius rei rationē
non minoris cum rex q̄ belli rēdebat affirmans si
prius q̄ proficiscerentur patratum esset / nunc quia
egressis acciderit / illis ad quos eatur / portendere
sperare defectus naturalium siderum semper presentē
rerum statum mutare certumq; se esse & florentib⁹
carthaginensium opibus / & laboribus aduersisq; rebus
suis cōmutationem promittere / Sic consolatis mu
litibus uniuersas naues consentiente exercitu incen
di iubet / ut omnes scirent auxilio fuge adempto
aut uincendum aut moriendum esse / Dein cum
omnia quacunq; ingrederentur / prosternerent / &
uillas castellaq; incenderent / obuios eis fuit cum
triginta milibus pugnatorum hanno / sed prelio com
misso duo de siculis / tria milia de pensis cum ipso duce
cecidere / Hac uictoria & siculorum animi erigun̄
& penorum franguntur / Agathocles victis hostibus
urbes castellaq; expugnat / predas ingentes agit ho
stium multa milia trucidat / castra deinde in quitū
lapidem a carthagine statuit / ut damna carissi
marum rerum uastitatemq; agrorum & incendia
uillarum de muris ipsius urbis speculentur / Inte
rea ingens tota africa de clade penorum exercitus fa
ma occupatarumq; urbium diuulgatur / stupor
utaq; omnes & admiratio incessit / unde tanto im
perio tam subitum bellum presertim ab hoste uicto
admiratio deinde paulatim in contemptum penorū
uertitur / nec multo post non afri tantum uerum

etam urbes nobilissime nouitatem secute ad agatho-
clem defecere: frumentoq; & stipendio uictorem
instruxere. his penorum malis etiam deletus in sici-
lia cum imperatore exercitus uelut quidam erumna-
rum cumulus accessit. Nam post profectionem a sici-
lia agathoclis in obsidione siracusarum pene segnores
reddit ab antandro fratre regis agathoclis occidiōe
cesi ruminabatur. Itaq; cum domi foris q; eadem for-
tuna carthaginensium esset: iam non tributarie
tantum ab his urbes: uerum etiam socii reges defi-
ciebant: amicitiarum iura non fide: sed sēcessu pon-
derantes. Erat inter ceteros rex cyrenarum afellas,
qui spe improba regnum totius africe amplexus socie-
tatem cum agathocle per legatos iunxerat: pactusq;
cum eo fuerat: ut sicilie illi sibi africe imperium uic-
tis carthaginensibus cederet. Itaq; cum ad belli socie-
tatem cum ingenti exercitu ipse uenisset: agathocles
blando alloquio & humili adulatione cum sepius simul
cenassent: adoptatusq; filius eius ab asillo esset: incauti
interficit. occupatoq; exercitu eius uterato carthagine-
ses omnibus uiribus bellum cientes magno utriusq; ex-
citus sanguine graui prelio superat. Hoc certaminis
discrimine tanta desperatio illata penis est: ut nisi in
exercitum agathoclis orta seditio fuisset transituros
ad eum hamilcar rex penorum cum exercitu fuerit.
ob quam noxam in medio foro a penis patibulo suffix)
est: ut idem locus monimentum supplicionum eius
esset: qui ante fuerat ornamentum honorum. Sed
hamilcar magno animo crudelitatem ciuium tulit:

adeo / ut de summa cruce neluti de tribunali in
penorum scelera contionaretur / obiectans illis nc
hamonem falsa affectati regni inuidia circumuen-
tum / nunc gisconis innocentis exilium / nunc in
hamilcarem patruum suum tacita suffragia / qđ
Agathoclem socium illis facere / q̄ hostem maluerit /
hec cum maxima populi contione uociferatus esset /
expirauit . Interea agathocles profligatis in africa
rebus tradito agathoclo filio exercitu in siciliam
recurrit / nichil actum in africa existimans si amplius
siracuse obsiderentur / nam post occisum hamilcarē
gisconis filium / nouus eo a penis missus exercitus
fuerat / statim igitur primo aduentu eius omnes si-
culę urbes auctis rebus / quas in africa gesserat / cer-
tatim se ei tradunt / atq; ita pulsis e sicilia penis to-
tius insule imperium occupauit / in africam deinde
reuersus obsidione militum excipitur . Nam stipen-
diorum solutio in aduentum patris dilata a filio fue-
rat . Igitur in contionem uocatis blandis uerbis per
mulsit / stipendia illis non a se flagitanda esse / sed
ab hoste querenda communem uictoriam / communē
predam futuram paulum modo animaderentur / dum
belli reliquie peragantur / cum sciant carthaginem
captam spem omnium expleturam / sedato militari
tumultu interiectis diebus ad castra hostium exercitū
ducit / ibi inconsultius prelium committendo maiorē
partem exercitus perdidit . Cum itaq; in castra fugis-
set / uersamq; inuidiam temere commissi belli uideret /
pristinamq; offensam non dependi stipendii metueret /

concubia nocte solus a castris cum arcagatho filio profugit: quod ubi mulier cognouere: haud secus q si ab hoste capti essent: trepidauere: bus seruo suo nunciis hostibus relictos esse proclamantes: salutēq. suam desertam ab eo esse: quorum ne sepultura qd relinquenda fuerat cum persequi regem vellent: a nunciis excepti in castra reuertuntur: comprehenso tamen reductoq arcagatho: qm a patre nostris errore discesserat: agathocles autem nauibus ḡb reuersus a sicilia fuerat cum custodibus carnidem sua causa deferrur: exemplum flagitii singulare rex exercitus sui desertor filiorumq parer predicor. Interim in africa primus fugam regis multes pacbōe cum hostibus facta mortibus agathocleis liberis carthaginensibus se tradidere. Arcagathus cum occideretur ab archesilao amico antea patris: rogauit eum quodnam liberis eius facturum agathoclem putet: per quem ipse liberis careat: tunc respondit satis habere se quod superstes ei esse agathoclis liberis senat. Post hec pemi ad persequendas belli reliquas duces in siciliam miserunt: cum quibus agathocles pacem equis conditionibus fecit.

23. Agathocles rex sicilie pacisc̄tus cum carthaginensibus partem eorum a se habuerat: ut imum dissidentem armis subegit: deinde quasi angustis insule terminis clauderetur: eius imperii partem primis incrementis ne sperare quidem ausus in italiam transcendit: exemplum eo

nostii secutus / qui multas utalie ciuitates subegerat pri-
mi igitur hostes illi brutii fuere / qua & fortissimi uide-
bantur / simul & ad iniurias memorum prompti /
nam multas ciuitates greci nomines italia expulerat
& pacem cum his equis legibus fecerant / tanta ferocitas
animorum erat / ut nec origini sue parcerent / Hacq;
lucani his diebus legibus liberos suos / quibus & spartia-
ni imbuere soliti erant / quippe ab imitio pubertatis
in siluis inter pastores habebantur / sine ministerio
seruili / sine ueste / quam induerent / uel cui incuba-
rent / ut a primis annis duritie parsimoneq; sine-
ullo usu uitros assuescerent / cibus his preda uenatica a-
potus aut lactis aut fontium liquor erat / sic ad labores
bellicos indurabantur / horum igitur ex numero qui
quadringenta primo excitos finitimorum predam soliti /
confluente deinde multitudine sollicitam preda cum
plures facti essent infestas regiones reddebant / Itaq;
fatigatus querelis sociorum dionysius sicilie tirannus
sexcentos afros ad compescendos eos misserat / quorum
castellum prodium sibi per bruttiam mulierem ex-
pugnarunt / ibiq; ciuitatem concurrentibus ad opinio-
nem noue urbis pastoribus statuerunt / bruttiosq; se ex
nomine mulieris uocauerunt / Primum illis cum lu-
canis origines siue auctoribus bellum fuit / qua uicto-
ria erecti cum pacem equo iure fecissent / ceteros fini-
timos armis subegerunt / tantasq; opes brem consecu-
ti sunt / ut permitiosi etiam regibus haberentur / De-
nique Alexander rex epiri cum in auxilium grecarum
ciuitatum cum magno exercitu in italiam uenisset /

cum omnibus copiis ab his deletus est / quare feritas eo-
rum successu felicitatis incensa diu terribilis finitimis
fuit / ad postremum imploratus agathocles / spe amplia-
di regni a sicilia in italiam traiecit - Principio aduentus
opinionis eius concussi legatos ad eum societatem amicitiaq;
petentes miserunt / quos agathocles ad cenam inuitatus
ne exercitum traici uiderent & in posterum statuta
his die conscensa nauc frustratus est - Sed frandis haud
letus euentus fuit si quidem reuerti eum in siciliam in-
teriectis diebus paucis morbi uis coegit / quo toto corpore
comprehensus per omnes neruos articulosq; humore
pestifero grassante uelut in testimo singulorum mem-
brorum bello impugnabatur / ex qua desperatione
bellum inter filium nepotemq; eius regnum tam
quasi mortui uindicantibus oritur occiso filio regnū
nepos occupauit / igitur Agathocles cum morbi cura
& egritudo grauior essent / & inter se alterum alte-
rius malo crescceret / desperatis rebus uxorem suam
theonexam genitosq; ex ea duos paruulos cum omni
pecunia & familia regaliq; instrumento / quo pter
illum nemo regum ditior fuit / nauibus impositos
egiptum / unde uxorem acceperat / remittit / timēs
ne predonem regni sui hostem paterentur / quanquā
diu uxor ne ab egro diuelleretur / deprecata est / ne
discessu suo aduncis nepotis parricidio posset / & tam
cruente hec deseruisse utrum q̄ ille impugnasse aūi
uiderentur / nubendo se non prospere tantum / sed
hominis fortune misse societatem / nec inuitam
periculo spiritus sui empturam / ut extremos uiri

spiritus excaperet & exequiarum officium in quod
profecta se nemo sit successurus obsequio debite pieta-
tis impleret. Descendentes paruuli flebili ululatu am-
plexi patrem tenebant ex altera parte uxor maritum
non amplius usura oculis fatigabat: nec minus senis
lachrime miserabiles erant. flebant hi morientem pa-
trem: ille exules liberos: hi discessu suo solitudinem
patris egri senis: ille in spem regni susceptos relinqui
in egestate lugebat. Inter hec regia omnis assistentiū
fletibus tam crudelis discidii impleta resonabat. tan-
dem finem lachrimis necessitas profectionis imposuit.
& mors regis proficiscentes filios insecuta est. Dum
hec aguntur carthaginenses magnis uiribus eo traiecūt
multasq; ciuitates subigunt. Eo tempore & pirrus ad-
uersus romanos bellum gerebat. qui imploratus a sicu-
lis in auxilium sicuti dictum est: cum siracusas ue-
set rex sicilie sicut epirī appellatur: quarum rerum
felicitate letatus: heleno filio sicilie uelut auitum
nam susceptus ex filia agathoclis regis erat: Alexan-
dro autem italie regnum destinat. Post hec multa
secunda prelia cum carthaginensibus facit. interiecto
deinde tempore legati ab italicis sociis uenere: nuntian-
tes resisti romanis non posse: declinationemq; futuram
nisi subueniat. Anxius tam ambiguo periculo incertusq;
quid ageret uel quibus primum subueniret. & in utrūq;
pronus consultabat. quippe stantibus hinc carthagine-
sibus. inde romanis: periculosum uidebatur exercitū
in italiam non traicere: periculosius a sicilia deducere.
ne aut illi non lata ope. aut hi deserti amitterentur.

hi hoc estu periculorum tutissimus portus consiliorū
usus est omnibus urbibus decernere in sicilia & pro
fligatis carthaginensibus uictorem exercitum transpo
nere in italiam . Itaq; comserto prelio cum superior fuis
set: quoniam tamen a sicilia abhorret protecto fugere
uisus est: hoc propterea & socii ab eo defecerunt: &
imperium sicilie tam cito amisit q̄ facile queherat: sed
nec in italia meliore felicitate usus in eptrum reuerti
tur . Admirabilis utriusq; rei casus in exemplum fuit.
Nam sicuti ante secunda fortuna rebus supra uota
fluentibus: italie sicilieq; imperium: & tot de roma
nis uictorias struxerat: ita nunc aduersa ueluti in
ostentationem fragilitatis humane destruens que
cumulauerat sicilienssi ruine: naufragium maris
& fedam aduersus romanos pugnam turpemq; ab
italia discessum adiecit . Post profectionem a sicilia
pirri magistratus hiero creatur: cuius tanta modera
tio fuit: ut consentiente omnium ciuitatum fauore
dux aduersus carthaginenses primo: mox rex crearet.
huius future maiestatis ipsa infantis educatio quasi
preuntia fuit . Quippe genitus erat patre hieroclito
nobili uiro: cuius origo a gelo antiquo sicilie tirāno
manabat: sed maternum illi genus sordidum atq;
adeo pudibundum fuit: nam ex ancilla natus ac
propterea a patre uelut abhonestamentum generis
expositus fuerat . Sed parumlum & humanē opis i
egentem: apes congesto circa iacentem melle multis
diebus aluere: ob quam rem responso aruspicum ad
monitus pater: qui regnum infanti portendi credēbāt:

parumlum reco
tis: que promis
co equales disce
repente conspe
bella ineunti a
quod ostentum
regemq; futur
catores sepe p
uit . A pirro
est . Pulchrit
homine admi
negocio uisu
ut ei nichil r

Dum h
dissi
mo
fer
uelut occasi
mucem leg
in bellum p
cuius regno
eius etolos a
consensu gr
per um oc
eam: qui ad
posita depo
cendit: qui
etholorum

paruulum recolligit / omniq; studio ad spem maiesta-
tis / que promittebatur / instituit . Idem in ludo inter
coequales discenti lupus tabulam in turba puerorum
repente conspectus eripuit / adolescenti quoq; prima
bella ineunti aquila in clipeo / nocthua in hasta consedit /
quod ostentum & consilio cunctis & manu promptū
regemq; futurum significabat . Demq; aduersus provo-
catores sepe pugnauit / semperq; victoriam reporta-
uit . A pirro rege multis militaribus donis donatus
est . Pulchritudo ei corporis unionis umeri quoq; in
homine admirabiles fuere / in alloquio blandus / in
negocio iustus / in imperio moderatus erat / prorsus
ut ei nichil regium deesse uideretur p̄ter regnum .

Dum hec in sicilia geruntur / iterum in grecia 24.
dissidentibus inter se bello ptolemeo cherau-
no / & antiocho & antigono regibus / omnes
ferme grecie ciuitates ducibus spartanis
uelut occasione data ad spem libertatis erecte missis
inuicem legatis / per quos in societatis federa legarent /
in bellum prorumpunt / & ne cum antigono / sub
cuius regno erant / bellum cepisse uiderentur / socios
eius etolos aggrediuntur causas belli attendentes qđ
consensu grecie sacratum apollini cirreum campum
per uim occupassent . hunc bello ducem deligunt dy-
can / qm admato exercitu urbes satiq; in his campis
posita depopulatur / que auferri non poterant / in-
cendit / quod cum e montibus conspicati pastores
etholorum essent / congregati admodum qngenti

sparsos hostes ignorantesq; quanta manus esset: quoniam
conspectum illis metus & incendiorum fumus abstule-
rat: consectantur: trucidatisq; admodum nouem mi-
libus predones in fugam uerterunt. Reparantibus
deinde sparthanis bellum auxilium multe ciuitates
negauerunt: existimantes dominationem eos non li-
bertatem grecie querere. Interea inter reges bellum
finitur: nam ptolemeus pulso antigono cum regnū
totius macedonie occupasset pacem cum antiocho fe-
cit: affinitatemq; cum pirro rege data ei in matri-
monium filia sua iūgit: exinde externo metu de-
posito impium & facinorosum animum ad dome-
stica scelera conuertit: insidiasq; arsinoe sorori sue
instruit: quibus & filiis eius uita & ipsam cassandre
urbis possessione priuaret. Primus ei dolus fuit simu-
lato amore sororem in matrimonium petere: aliter
enim ad sororis filios: quorum regnum occupauerat
q; fraude peruenire non poterat: sed nota scelerata
ptolomei uoluntas sorori erat. Itaq; non credenti
mandat se uelle cum filiis eius regni consortium
iungere: cum quibus non ideo se armis contēdisse:
quoniam eripere his regnum: sed quod id facere
sui muneris uellet. In hoc mitteret arbitrum inrisiu-
randi: quo presente apud deos patrios: quibus uellet
obsecrationibus se obligaret. Incerta arsinoe quid
ageret: si mitteret decipi periurio: si non mitteret
prouocare rabiem fraterne crudelitatis timebat. Itaq;
plus liberis q; sibi timens: & quos matrimonio suo pro-
tecturam se arbitrabatur: mittit ex amicis suis dionē:

quo perducto in sanctissimum iouis templum ueterrime
macedonum religionis: ptoleme⁹ sumptis in manus
altaribus contingens ipsa simulacra & pulumaria deo-
rum inauditis ultimusq; execrationibus adiurat se
sincera fide sororis matrimonium petere nuncupatu-
ramq; eam regnam: neq; contumeham eius aham
uxorem iliosue q̄ filios eius liberos habiturum Arsi-
noe postquam & spe impleta est & metu soluta ipsa
cum fratre colloquitur: cuius uultus & blandientes
oculi cum fidem non minorem q̄ iusiurandum pro-
mitterent: reclamante ptolemeo filio fraudem subesse:
in matrimonium fratris concedit: nuptie magno ap-
paratu letitiaq; omnium celebrantur. Ad contionem
quoq; uocato exercitu capiti sororis diadema imponit:
regnamq; eam appellat: quo nomine in letitiam ef-
fusa arsinoe: quia quod morte lisimachi prioris
mariti amiserat: recepisset: ultro uirum in urbem
suam cassandram mutat: cuius urbis cupiditate
fraus struebatur. Pregressa igitur uirum diem festū
urbi in aduentum eius indicit domos: templa: cete-
raq; omnia exornari iubet: aras ubiq; & hostias dispo-
ni: filios quoq; suos lisimachum sedecim annos natu:
philippum triennio minorem: utrumq; forma insignē
coronatos occurrere iubet: quos ptolemeus ad celan-
dam fraudem cupide & ultra modum uere affectio-
nis amplexus obsculis diu fatigat: ubi ad portam uen-
tum est: occupari arcem iubet: pueros interfici: qui
cum ad matrem confugissent: in gremio eius inter
ipsa obscula trucidantur: proclamante arsinoe: quod

tantum uestis aut nubendo: aut post nuptias commacu-
set: pro filiis sepe se periculosis obtulit: frequenter
corpore suo puerorum corpora amplexata protexit:
ad postremum etiam spoliata funeribus filiorum festa
uestis: & crinibus sparsis cum duobus seruulis ecumbe
proiecta famosbracam in exilium abiit: Ea ruinarum
quo mortem cum filiis non licuit: sed nec ptolemeo
multa scelera fuerunt: quippe diis immortalibus tã
cruenta parricidia & tot perfidia mundi nobis
post a gallis spoliatis regno: capitisq; unam ferro ut
meruerunt amisit. Hanc gallis abundante multitudie
cum eos non caperent terre: que gemerant infecunda
multa hominum ad sedes nouas querendas uelut sa-
crum miserunt: ex his porro mutatis consedit: que
& urbem romam captam incendit: & postea que ul-
timos finium ducibus ausus: nam augurandi studio gallis
preter ceteros callent: per strages barbarorum penetra-
runt: & in patrimonia consedit. Gens aspera audaxq;
bellicosa: que prima post herculem: cui ea res immortalem
admirationem & immortalem fidem dedit: alpes
inuicta iuga & frigore inaccessibilia loca transcedit.
Ibi domitis pannonis per multos annos cum finitimis
uaria bella gesserunt: horumte deinde successu diui-
sis agminibus: alii greciam: alii macedoniam omnia
ferro protenentes peruere: tantusq; terror gallici no-
minis erat: ut etiam reges non lacessiti ultro pacem
ingenti pecunia mercarentur. Solus rex macedonie
ptolemeus aduentum gallorum intrepidus audiit: usq;
eum pauci & incompositi quasi bella non difficiliusq;

scelera paterentur parricidiorum furiis agitatus oc-
currit: dardanorum quoq; legationem ingenti munia
armatorum auxilium offerentem spreuit: addita
insuper contumelia: actum de macedonia cheens: q-
qui totum orbem sibi dominentur: nunc inundata
finium dardani egerent: mutuel se habere filios eorū,
qui sub Alexandro rege stipendia toto orbe terrarum
uictores fecerunt: quę ubi dardano regi nuntiata sunt:
meditum illud macedonię regnum breui inmaturi
uenit temeritate cassurum dixit. Igitur gallo duce
belgio ad rempublicā macedonum amnos legatos ad
ptolemeum mittunt: offerentes pacem sicubere ue-
lit. Sed ptolemeus inter suos belli mala pacem gal-
los petere gloriatus est: nec minus ferocior se legatis
q; inter amicos iactauit: aliter se pacem daturum
negotio nisi principes suos obsides dederint: &
arma tradiderint: non enim fidem se nisi inermi-
bus habiturum. Renuntiata legatione risere galli
undiq; acclamantes undiq; breui sensurum sibi an
illi consulentes: pacem obtulerunt. Interiectis die-
bus prelium conseritur: uicti macedones cedunt:
ptolemeus multis uulneribus saucius capitur. Caput
eius amputatum & lancea fixum: tota acie ad
terrorem hostium circumfertur: paucos ex mace-
donibus fuga seruauit: nam ceteri aut capti aut
occisi. hec cum nuntiata per omnem macedoniam
essent: porte urbium clauduntur: luctu omnia
replentur: nunc orbitatem amissorum filiorum
dolebant: nunc exercitus urbium metuebant: nc

Alexandri philippiq; regum suorum nomina sicuti numina in auxilium uocabant: sub illis se non solū tutos: uerum etiam uictores orbis terrarum extitisse: ut tuerentur patriam suam: quam gloria rerū gestarum celo proximam reddidissent: ut opem afflictis ferrent: quos furor & ꝑ temeritas ptolomei regis perdidisset: orabant. Desperantibus omnibus non uotis agendum sosthenes unus de macedonum principibus ratus: contracta iuuentute & gallos uictoria exultantes compescuit: & macedoniam ab hostili populatione defendit: ob que uirtutis beneficia multis nobilibus regnum macedonie affectantibus ignobilis ipse preponitur. & cum rex ab exercitu appellatus esset: ipse non in regis: sed in ducis nomen unare milites compulit. Interea brennus: quo duce portio gallorum in greciam se effuderat: audita uictoria suorum: qui belgio duce macedonas uicerant: indignatus parta uictoria opimā predam & orientis spoliis onustam tam facile relictā esse: ipse admatis centum quinquaginta milibus peditum: & quindecim milibus equitum in macedoniam irrumpit. Cum agros uillasq; popularetur occurrit ei cum instructo macedonum exercitu sosthenes: sed panci a pluribus: & trepidi a ualentibus facile uincuntur. Itaq; cum uicti se macedones intra muros urbium condidissent: uictor brennus nomine: prohibente totius macedonie agros depredatur: inde quasi terrena etiam spolia sorderent: animum ad deorum immortalium templa cōuertit

scurriliter u
oportere .
dam religio
preferens :
hominibus
linus delphi
diq; impend
fecit: qui a
tes in eo sax
non muri
turalia pres
sit utrum
hic admirat
theatri rec
& si quando
respondenti
plior'q; qua
maiestatis te
pentibus ple
ferme mon
ea profundi
ex quo frig
sublime ex
impletasq; d
gitur mult
sumtur mu
denimm uo
sa manifest
beret temp

scurriliter vocatus locupletes deos largiri hominibus
oportere. Itaque igitur ii delphos iter uertit. pre
dam religionis auctum offense deorum immortaliu
preferens: quos nullis opibus egere: & qui eas largiri
hominibus soleant: affirmabat. Templum autem apol
linis delphis positum est in monte parnaso in rupe in
dique impendenti ibi & ciuitatem frequentia hominum
fecit: qui admiratione maiestatis undique concurren
tes in eo saxo considere: atque ita templum & ciuitate
non muri: sed precipitia nec manufacta: sed na
turalia presidia defendunt: prorsus ut incertum
sit utrum munimentum loci: an maiestas dei plus
huic admirationis habeat: media saxi rupes in forma
theatri recessit: quamobrem & hominum clamor
& si quando accidit tubarum sonus: personantibus &
respondentibus inter se rupibus multiplex audiri: am
plior q; quam editur resonare solet: que res maiorem
maiestatis terrorem rei ignaris & admirationem stu
pentibus plerunq; affert. In hoc rupis infractu media
ferme montis altitudine planities exigua est: atq; in
ea profundum terre foramen: quod in oracula patet
ex quo frigidus spiritus ui quadam uelut uento in
sublime expulsus mentes uatum in uecordiam uertit
impletasq; deorum responsa consulentibus dare cogit.
Igitur multa ibi & opulenta regum ac populorum ui
suntur munera: queq; magnificentia sui rerum red
dentium uota gratam uoluntatem & deorum respon
sa manifestant. Igitur brennus cum in conspectu ha
beret templum: diu deliberauit an confestim rem

agoredereturꝫ an uero fessis una militibus noctis spatium
ad resumendas uires daret. Aenianus & thessalorus duces qui se ad prede societatem iunxerant: amputari moras iubebant: dum impiam hostes & recens aduentu sui terrori essent: interiecta nocte & animos hostibus forsitan & auxilia accessura: & uias que tunc pateāt obstructum iri. Sed gallorum uulgus ex longa inopia ubi primum uino ceterisq; commeatibus referta runa inuenit non minus abundantia q̄ uictoria letum per agros sesparserat: desertisq; signis ad occupanda ornata pro uictoribus uagabantur: que res dilationem delphis dedit. Prima nanq; opinione aduentu gallorum prohibiti agrestes oraculis feriuntur: messes uinaq; uillis efferre: cuius rei salutare preceptum nō prius intellectum est: q̄ uim ceterarumq; copiarum abundantia uehit mora gallis obiecta auxilia finitimorum conuenere. Prius itaq; urbem suam delphi auctoribus sociorum permunire q̄ galli uino uel p̄de incumbantes ad signa reuocarentur: habebat brēnus lecta ex omni exercitu peditum sexaginta quinq; milia: delphorum sociorumq; non nisi quatuor milia milites erant: quorum contemptu brennus ad accendos suorum animos: prede ubertatem omnibus ostendebat: statuasq; cum quadrigis: quarum ingens copia procul uisebatur solido auro fusas esse: pluisq; ponderis q̄ in specie habere affirmabat. hac asseueratiōe confortati & incitati galli simul & hesterno mero sauci sine respectu periculorum in bellum ruebant: contra delphi pluis in deo q̄ in uiribus spei ponentes cum

contemptu hostium resistebant scandentesq; gallos e
summo montis uertice partim saxis partim armis obrue
bant. In hoc partium certamine repente uniuersor ii
templorum antistites simul & ipsi uates sparsis crinib
cum insignibus atq; infulis pauidi uecordesq; in primam
pugnantium aciem procurrunt: aduenisse deum pro
clamant: eumq; se uidisse desilientem in templum per
culmnis aperta fastigia. Dum omnes opem dei suppli
citer implorant iuuenem supra humanum modum
insignis pulchritudinis: comitesq; ei duas armatas uir
gines ex propinquis duabus diane muneribusq; edib
occurrisse: nec oculis tantum hec se perspexisse: au
disse etiam stridorem arcus ac strepitum armorum:
proinde ne cunctarentur diis ante signis hostem ce
dere: & victorie deorum socios se adiungere: sim
mis obsecrationibus monebant: quibus uocibus incensi
omnes certatim in prelium prosiliunt: presentiam
dei & ipsi statim sensere: nam & terre motu portio
montis abrupta gallorum strauit exercitum: & con
ferrissimi cunei non sine uulneribus hostium dissipati
ruebant: insecuta deinde tempestas est: que grandi
& frigore sauciosq; ex uulneribus assumpsit. Dux ipse
brennus cum dolorem uulnerum ferre non posset
pugione uitam finiuit. Alter ex ducibus primis belli
auctoribus cum decem milibus sauciorum citato ag
mine excedit grecia: sed nec fugientibus fortuna
commodior fuit. Si quidem paucis nulla sub tectis +
leta uox. nullus sine labore & periculo dies. assidui
imbres & gelu nix concreta & fames & lassitudo &

ſuper hec maxamum perugilie malum miſeraſ in-
felices belli reliquias obterebant. Gentes quoq; natio-
nesq; per quas iter habebant / uagos fugientes / palan-
tes uelut predam ſectabantur: quo pacto euenit:
ut nemo ex tanto exercitu / qui paulo ante ficucia
iurium etiam deos contemnebat: uelut ad memoriã
tante cladis ſupereſſet.

15 Inter duos reges Antigonum & antiochum
ſtatuta pace cum in macedoniam Antigon⁹
reuerteretur: nouus eidem repente hoſtis
exortus eſt / quippe galli / qui a brenno du-
ce cum in greciam proficiſcerentur / ad terminos gen-
tis tuendos relicti fuerant: ne ſoli deſides uiderent̃
peditum quindecim milia: equitum tria milia arma-
uerant / fugatiſq; getarum trebalorumq; copiis ma-
cedonie imminentes legatos ad regem miſerunt: qui
pacem ei uenalem offerrent: ſimul & regis caſtra ſpe-
cularentur: quos Antigonus pro regali munificentia
ingenti epularum apparatu ad cenam inuitauit: ſed
galli expoſitum grande auri argentiq; pondus admi-
rantes atq; prede ubertate ſollicitati infeſtiores ad
terrorem uelut q̃ uenerant: reuertuntur: quibus
& elephantes ad terrorem uelut inuſitatas barbaris
formas rex oſtendi iuſſerat: & naues omnifas copiis
demonſtrari ignarus quod quibus oſtentatione uirtu̇
metum ſe incere exiſtimabat eorum animos: ut ad
opimam predam ſollicitabat. Itaq; legati reuerſi ad
ſuos / omnia in manus extollentes opes pariter &
negligentiam regis oſtendunt referta auro & argẽto

castra esse: & neq uallo fossa ue munita & quasi satis
munimenti induitiis haberent: ita eos omnia officia
militaria intermisisse prorsus quasi ferri auxilio nō
indigerent: quoniam abundarent auro. hac relatiōe
inde gentis animi satis ad predam incitabantur: ac
cedebat tamen exemplum belgi/ qui non magno ātē
tempore macedonum exercitum cum rege trucida-
uerat. Itaq consentientibus omnibus nocte castra re-
gis aggrediuntur: qui presentiens tantam tempesta-
tem signum prius dederat: ut omnibus rebus abla-
tis in proxima silua taciti se occultarent: neq aliter
seruata castra q deserta sunt. Siquidem galli ubi
omnia uacantia/ neq sine defensoribus modo: uerū
etiam sine custodibus uident: non fugam hostium/
sed dolum arbitrantes dum intrare portas timuerunt/
ad postremum integris & intactis munimentis seru-
tantes potius q diripientes castra occupauerunt: time
ablatis/ que inuenerant/ ad litus conuertuntur/ ibi
dum naues incautius diripiunt: a remigibus & libe-
ris confugerant & ab exercitus parte/ que eo cum con-
iugibus & liberis confugerant: nichil tale metuentes
trucidantur: tantaq cedes gallorum fuit: ut Anti-
gono pacem optimo huius victorie non a gallis tantū
uerum etiam a finitimorum feritate prestiterit:
quanquam gallorum tempestate tante fecunditatis
inuentus fuit: ut asiam omnem uelut examine aliq
replerent. Denuq neq reges orientis sine mercennario
gallorum exercitu ulla bella gesserunt: neq pulsi
regno ad alios/ quā ad gallos confugerunt: tantus

terrore gallici nominis / deamicorum iniuria feliciss
erat / nisi diuersi negotiatem suam suam / neq; annus
sam recuperare se posse sine gallica manu arbitrarent
Itaq; maximum bothine regis auxilium regnum
cum eo parta victoria diuiserunt / eamq; regionem
gallograciam cognominauerunt / Dum hec in asia ge
runtur / interim in sicilia pirrus a populis natali ipso
metus ab Antigono macedonie rege supplementum
militum per legatos petit / detrimenti ni mittat re
dire se in regnum necesse habere / incrementa rerū /
que de romanis uoluerit / de ipso quicturum / quod
ubi neotum legati retulerunt / dissimulatis causis
repentinam fingit profectionem / socios interim pa
ce bellum nibet / arcis tarentine custodiam heleno fi
lio & amico miloni tradit / Reuersus in epirum stati
fines macedonie inuadit / cui antigonus cum exerci
tu occurrit / uictusq; prelio in fugam uertitur / atq;
ita pirrus macedoniam in dicionem accipit / &
uelut admissa damna sicilie ita eq; acquisito mace
donie regno pensasset / Reuertentem filium &
amicum arcessit / Antigonus autem cum paucis equi
bus fuge comitibus repente fortune ornamentis desti
tutus / amissi regni speculatorius euentum thessaloni
cam se recipit / ut inde cum conducta gallorum
mercenaria manu bellum repararet / rursus a pto
lemeo pirri filio funditur / uictus cum comitibus
septem fugiens non iam recuperandi regni spem /
sed saluti latebras ac fuge solitudines captat / igit
pirrus in tanto fastigio regni collocatus iam nec

eo aliud quod nisi peruenerim fuerat cognit°
grecie alieq. regna meditatur: neq. illi maior exc
impeno q̄ bello uoluptas erat: nec quisquam prin
qua tulisset imperium sublimere ualuit: sed & ad
uncenda regna inuictus habebatur: ita demu hs ac
quisitis celeriter carebat: tanto minus studebat acq
rere imperia q̄ retinere. Itaq. cum copias chersonesso
transposuisset: legationibus athenensium & acheoru
messeniorumq. excipiatur. Sed & gr̄a omnis admi
nationem nominis eius: simul & rerum aduersus ro
manos penosq. gestarum autoritas aduentum eius exc
pectabat. Primum illi bellum aduersus spartanos
fuit: ubi maxime mulierum q̄ uirorum uirtute exc
ceptus & ptolemeum filium & exercitus partem
robustissimam amisit. Quippe oppugnantium urbem
ad tutelam patrie tanta multitudo feminarum
concurrit: ut non fortius uictus q̄ uerecundius re
cederet. Porro ptolemeum filium eius adeo stre
nuum & manu fortem fuisse tradunt: ut urbem
corcyram cum sexagesimo ceperit idem preno na
uali quinqueremem ex scapha insiluerit captamq
tenuerit. In oppugnatione quoq. spartanorum usq
in mediam urbem equo procucurrerit ibiq. concur
su multitudinis interfectus sit: cuius corpus ut
relatum patri est: dixisse pirrum ferunt aliquanto
tardius eum q̄ timuerit ipse: uel temeritas eius me
ruerit occisum esse. Repulsus a spartanis pirros
argos petit: ibi dum antigonum in urbe clausum ex
pugnare conatur: inter confertissimos uiolentissime

dimicans saxo de muris iactato occiditur: caput
eius antigono refertur: qui victoria minus usus fi-
lium eius helenum cum epiroti sibi dedituin in re-
gnum remisit: eiq insepulta patris ossa in patriam
referenda tradidit. Satis constans inter omnes auctо-
res fama est: nullum nec eius: nec superioris etatis
regem comparandum pirro fuisse: raroq non inter
reges tantum: uerum etiam inter illustres uiros aut
uite sanctioris: aut iustitie probatioris uisum fuisse:
scientiam uero rei militaris in illo uiro tantam fuisse
ut cum lysimacho demetrio antigono tanus regib⁹
bella gesserit inuictus semper fuerit. Illiricorum ro-
manorumq & carthaginensium bellis numquam inse-
rior: plerunq etiam victor extiterit: qui patriam
ex re suam angustam ignobilemq fama rerum gesta-
rum declarate nominis sui toto orbe illustrem red-

26. Post mortem pirri non in macedonia tantum:
sed in asia grecia magna bellorum
fuere: etiam & peloponnesi per pro-
[illegible] pirro [illegible] ut uarie ho-
[illegible] gaudio: pro ut sin-
gulos [illegible] de priuo spem[illegible]: aut
[illegible] cum antigono socer[illegible]
[illegible] inter se ortis in bellum ruebat.
Inter hec [illegible] prouinciarum motus epi-
rorum quoq urbs ab antigono principe per tyrann-
idem occupatur: a quo cum multis ex primoribus

occisi: pluresq; in exilium acti essent: et olim per legatos postulantibus coniuges liberosq; exulumq; redderet, primo negauit: postea quasi peniteret proficiscendi ad suos potestatem omnibus matronis dedit: diemq; profectionis statuit. Ille quasi in perpetuum cum uiris exulaturae pretiosissima queq; auferentes: cum ad portam quasi uno agmine profecturae conuenissent: omnibus rebus ispoliate in carcerem recluduntur: occisis prius in gremio matrum paruulis, liberis uirginibusq; ad stuprum direptis. Hanc tam seuam dominationem stupentibus omnibus princeps eorum bellamicus senex liberis orbus: ut qui nec etatis, nec pigneris respectu timeret: contractus domum fidissimos amicorum in unum dictam patrie hortatur. Cunctantibus priuato r publicum periculum finire: & deliberandi spatium postulantibus accersitis senius iubet obseruari fores, tirannoq; nuntiari mitteret: qui coniuratos apud se comprehenderet: obiectans illis se quia liberande patrie auctor esse non possit deserte ultorem futurum, tunc illi incipiti periculo circumuenti honestiorem uiam eligentes coniurant in tirannii necem: atq; ita Aristomus quinto quam tirannidem occupauerat mense opprimitur. Interea Antigonus cum multiplici bello & ptolemei regis & sparthanorum premeretur: nouusq; illi hostis gallogrecie h exercit? affluxisset: in speciem castrorum parua manu aduersus ceteros relicta: aduersus gallos totis uiribus proficiscitur: quibus cognitis galli cum & ipsi se prelio pararent. in hanspicia pugne hostias cedunt:

quarum exti cum magna cedes interitusq; omniū
predicerentur: non in timorem: sed in furorem uer-
si sperantesq; deorum minas expiari cede suorum
posse: coniuges & liberos trucidant: auspicia belli
parricidio inicientes: tanta rabies ferox animos in-
uaserat: ut non parceret etati: tui etiam hostes pe-
pereissent: bellumq; interne ciuium cum liberis
liberorumq; matribus gererent: pro quibus bella
suscipi solent: itaq; quasi scelere uitam uictoriamq;
redimissent sicut erant cruenti exercitui suorum
cede in prelium non meliore euentu q; omnes pro-
fligantur. Siquidem pugnantes prius parricidio
rum furie q; hostes oppressere: obuersantibusq;
oculis manibus interemptorum omnes occidione
cesi tanta strages fuit: ut pariter cum hominibus
dii consensisse in exitium parricidarum uiderent.
Post huius pugne euentum ptolemeus & spartani
uictorem hostium exercitum ptolemeus declinan-
tes in tutiora se recipiunt. Antigonus quoq; ubi
eorum discessum uidet recenti adhuc ex priore victo-
ria militum ardore bellum athenientibus infert:
in quo cum occupatus esset: interim Alexander
rex epiri ulciscendi mortem patris pirri cupiens: fines
macedonie depopulatur: aduersus quem cum reuer-
sus egrecia antigonus esset: transitione militum
destitutus regnum macedonie cum exercitu amit-
tit. huius filius demetrius puer admodum absente
patre reparato exercitu non solum amissam mace-
doniam recipit: uerum etiam epiri regno Ale-

xandrum spoliat: tanta uel mobilitas militum uel
fortune uarietas erat: ut uicissim reges nunc exu
les: nunc reges uiderentur. Igitur Alexander cum
ad carnanos confugisset: non minore epirotarum
desiderio q̄ sociorum auxilio in regnum restituitur.
Per idem tempus rex cyrenarum uasangas decedit
qui ante infirmitatem beronicem unicam filiam ad
sponsa cum ptolemeo fratre certamina filio eius
desponderat: sed post mortem regis mater uirginis
arsinoe: ut in uita se contractum matrimonium
solueretur: misit qui ad nuptias uirginis regnumq
cyrenarum demetrium fratrem regis antigoni a
macedonia accerserent: qui & ipse ex filia ptolomei
procreatus erat. Sed nec demetrius moram fecit: utq
cum secundante uento celeriter cyrenas aduolasset
fiducia pulchritudinis: qua nimis placere socrui ce
perat: statim a principio superbus regie familie:
militibusq, impotens erat: studiumq, placendi a
uirgine in matrem contulerat: que res suspecta pri
mo uirgini: dein popularibus militibusq, inuisa fuit.
Itaq, uersis omnium animis in ptolemei filium insi
die demetrio comparantur: qui cum in lectum socr⁹
concessisset: percussores immittuntur. Sed arsinoe
audita uoce filie ad fores stantis & precipientis: ut
matri parceretur: adulterum paulisper corpore suo
protexit. Quo interfecto beronicem & stupra ma
tris salua pietate ulta est & in matrimonio sortien
do iudicium patris consecuta.

27.

Mortuo syrie rege antiocho cum in locum eius filius seleuchus succesisset: hortante matre laudice que prohibere debuerat auspicia regni a parricidio cepit: quippe beronicen nouercam suam sororem ptolemei regis egipti cum paruulo fratre ex ea suscepto interfecit: quo facinore perpetrato & infamie maculam subiit ptolemei se bello implicuit. Porro beronice cum ad se interficiendam missos didicisset: da sine se clausit: ubi cum obsideri eam cum paruulo suo filio nuntiatum asie ciuitatibus esset: recordatione paterne maiorumq; ei⁹ dignitatis casum tam digne fortune miseranteſ auxilia ei omneſ misere. Frater quoq; ptolemeus periculo sororis exterritus relicto regno cum omnibus uiribus aduolat: sed beronice ante aduentum auxiliorum cum ui expugnari non posset dolo circumuenta trucidatur. Indigna res omnibus uisa. Itaq; cum uniuerse ciuitateſ que defecerant ingentem classem compararent: repente exemplo crudelitatis exterrite: simul & in ultionem eius quam defensuri fuerant: ptolemeo se tradunt: qui nisi in egiptum domestica seditione reuocatus esset totum regnum seleuchi occupasset: tantum uel illi odium parricidiale sceleris: uel huic fauorem indigne peremptе morſ sororis attulerat. Post discessum ptolemei: seleuchus cū aduersus ciuitateſ que defecerant ingentem classem comparasset: repente uelut diis ipsis parricidium uindicantibus: orta tempestate classem naufragio amittit: nec quicquam illi ex tanto apparatu pret

nudum corpus & spiritum & paucos naufragii comi-
tes reliquos fortuna fecit. Misera quidem res: sed
optanda seleucho fuit: siquidem ciuitates que odio
eius ad ptolemeum transierant: uelut diis arbitris
satisfactum sibi esset: repentina animorum muta-
tione in naufragii misericordium uerse imperio se
eius restituunt. Letus igitur malis suis & damnis di-
tior redditus uelut par uiribus bellum ptolemeo in-
fert. sed quasi ad ludibrium tante fortune natus eet
nec propter aliud opes regni recepisset: q̃ ut amitteret
uictus prelio non multo q̃ post naufragium comita-
tior trepidus antiochiam confugit: inde ad antio-
chum fratrem litteras facit, quibus auxilium eius
implorat: oblata ei asia ultra finem taurimontis
in premium late opis. Antiochus autem cum esset
annos quatuordecim natus supra etatem regni audo
occasionem non tam pio animo q̃ offerebatur: arri-
puit. sed laronis more fratri totum eripere cu-
piens puer sceleratam uirilemq; summat audaciam
unde hieraces cognominatus: quia non hominis:
sed accipitris ritu in alienis erripiendis uitam sectaret.
Interea ptolemeus cum antiochum in auxilium se-
leucho uenire cognouisset: ne cum duobus uno tem-
pore dimicaret: in annos decem cum seleucho pacẽ
facit. sed pax ab hoste data interpellatur a fratre,
qui conducto gallorum mercenario exercitu pro
auxilio uirtutis [illegible]lorum uictor quidem antiochus
fuit: sed galli arbitrantes seleuchum in prelio cecidis-
se: in ipsum antiochum arma uertere liberius depo-

priamum asiam: si omnem sibi pernem regiam extimuis
sent: quod ubi sensit antiochus uelut a predonibus
asie se redemit: sortemque cum mercenariis suis
uincit. Interea rex bithinie eumenes sparsis con
siniticis finibus bello multisque discordie quasi
uacuam asie possessionem inuasurus uictorem an
tiochum gallosq; aggreditur: nec difficile fuit ex superiore
consistentem integer ipse uiribus segnem
ea namq; tempestate omnia bella mercenarii age
bantur: ut quisq; fortior fuisset asiam uelut pre
dam occuparet. Seleucus & Antiochus fratres
propter asiam bellum gerebant. Ptolemeus rex
egypti sub spem sororis ultionis asie inhiabat.
Hinc bithinus eumenes: inde galli in meliore semp
mercenaria manu asiam detopulabantur: cum
interea nemo defensor asie inter tot predones in
uenie batur. Victo antiocho cum eumenes maiorē
partem asie occupasset: ne tunc quidem fratres
perdito premio propter quod bellum gerebant:
concordare potuerunt: sed omisso externo hoste
mutuum in exitium bellum reparauit. In eo antio
chus demum uictis multorum cheruum fuga fatiga
tur: tandem ad socerum summ armenie regem
cappadocie peruenitur: a quo cum benigne primū
esset exceptus: interiectis diebus cognito: quod in si
die sibi parabantur: salutem fuga quesiuit. Igitur
cum profugo nusquam tutus locus esset: ad hostem
ptolomeum: cuius fidem tutiorem: quam fratris
existimabat: decurrit: memor uel que facturus

fratri esset / uel que a fratre ipse meruisset. Sed ptolemeus non tanquam amicus et dehinc. q̃ hostis fuerat asseruari cum arctissima custodia iubet / hinc quoq; annochus opera eunuchi amicam meretricem adnutus / quam familiarius noverat / decepti eius custodibus elabitur fugaq; a latronibus interfitur. Seleucus eodem fere die suis regno equo precipitatus finitur / sic fratres / quasi germanis cedibus execrabo post regna scelerum penas luerunt.

OLimpias pirri epirote regis filia / amisso marito eodemq; germano fratre Alexandro cum in tutelam filiorum ex eo susceptorum pirri & ptolemei / regnique administrationem se recepisset. etolis partem acarnanie / quam in portionem belli pater pupillorum acceperat / eripẽ tolentibus ad regem macedonie demetrium decucurrit / eoq; habenti uxorem antiochi regis sine sororem filiam suam pythiam in matrimonium tradit / ut auxilium / quod misericordia non poterat / iure cognationis obtineret. Fiunt quam impie / quibus non matrimonii grata acquiruntur / & ueteris offensa contrahitur. Etiam prior uxor uelut matrimonio pulsa spontre sua ad fratrem antiochum discedit / eumq; in manu bellum impellit. Acarnanes quoq; diffisi epirotis aduersus etolos auxilium romanorum implorantes obtinuerunt a romano senatu / ut legati mitterentur / qui denuntiarent 28.

etolis presidia ab urbibus acarnanie deducerent: pa
terenturq; liberos esse / qui soli quondam aduersus tro
anos auctores originis sue auxilia grecis non miserit.
Sed etoli legationem romanorum superbe audiuere:
penos illis & gallos a quibus tot bellis occisione cesi
sint exprobrantes ducentesq; priusillis portas aduersꝰ
carthaginenses aperiendas / quas clauserit metus pu
nici belli / quam in greciam arma transferenda: me
minisse deinde iubent / quibus minentur: aduersꝰ
gallos urbem eos suam tueri non potuisse: captamq;
non ferro defendisse: sed auro redemisse / quam gen
tem se aliquanto maiore manu in greciam ingressa
non solum milliis externis uiribus: sed ne domesti
cis quidem totis aduersos unuersam deleuisse: se
demq; sepulchris eorum dedisse / quam illi urbibus im
perioq; suo proposuerant: contra italiam trepidis ex
recenti urbis sue incendio romanis unuersam ferme
a gallis occupatam. Prius igitur illis gallos italia pel
lendos / q̃ minentur etolis / priusq; sua defendenda q̃
aliena appetenda. Quos autem homines romanos esse
nempe pastores / qui latrocinio iustis dominis adem
ptum solum teneant: qui uxores cum propter ori
ginis dehonestamenta non inuenirent / ui publica
rapuerint: qui demq; urbem ipsam parricidio con
diderint. immorumq; fundamenta fraterno sangui
ne asperserint. Etolos autem principes grecie semp
fuisse: & sicut dignitate ita & uirtute ceteris pre
stitisse: solos deniq; esse / qui macedonas imperio ter
rarum semper florentes contempserint: q̃ philippū

regem non timuerint / qui alexandri magni post persas
indosq; demetos / cum omnes nomen eius horrerent edic-
ta spreuerint .. Monere igitur se romanos contenti sint
fortuna presenti / nec prouocent arma / quibus & gal-
los celsos / & macedonas contemptos uideant . Sic di-
missa legatione romanorum ne fortuis locuti q̄ fecisse
uiderentur / fines epiri regni & acarnanie depopulan-
tur - Iam olimpias filii regna tradiderat / & in locū
pirri fratris defuncti ptolemeus successerat / qui cum
hostibus instructo exercitu obuius processisset / infir-
mitate correptus in itinere decidit . olympias quoq; ge-
mmo fimerum uulnere afflicta egrum spiritum trahens
non diu filii superuixit . Cum ex gente regia sola ne-
reis uirgo cum laudomia sorore superesset / nereis nubit
geloni sicilie tiranni filio / laudomia autem cum in-
aram diane confugisset / concursu populi interficitur /
quod facinus diu immortales assiduis cladibus gentis &
prope interitu totius populi uindicauerunt - Nam
& sterilitatem famemq; passi / & intestina discordia
uexati & externis / ad postremum bellis pene con-
sumpti sunt . Milo quoq; laudomie percussor in fu-
rorem uersus / nunc ferro / nunc saxo in summa
dentibus laceratis uisceribus duodecima die interiit .
His in epiro gestis interim in macedonia demetrius
rex relicto filio philippo paruulo admodum decidit /
cui antigonus tutor datus / accepta in matrimonium ma-
tre pupilli regem se constituii laborabat . Interfecto de-
inde tempore cum sedicione minaci macedonum clau-
sus in regia teneretur in publicum sine satellitibus

etolis presidia ab urbibus acarnanie deducerent: pa
terenturq; liberos esse / qui soli quondam aduersus tro
anos auctores originis sue auxilia grecis non miserit.
Sed eccli legationem romanorum superbe audiuere:
penos illis & gallos a quibus tot bellis occisione ces
sint exprobrantes dicentesq; prius illis portas aduersꝰ
carthaginenses aperiendas / quas clauserit metus pu
nici belli / quam in greciam arma transferenda: me
minisse deinde iubent / quibus minentur: aduersꝰ
gallos urbem eos suam tueri non potuisse. captamq;
non ferro defendisse: sed auro redemisse / quam gen
tem se aliquanto maiore manu in greciam ingressa
non solum millis externis urbis: sed ne domesti
cis quidem totis admixtos immersam deleuisse. se
demq; sepulchris eorum dedisse / quam illi urbibus im
perioq; suo proposuerant / contra italiam trepidis ex
recenti urbis sue incendio romanis immersam ferme
a gallis occupatam. Prius igitur illis gallos italia pel
lendos / q̃ minentur etolis / priusq; sua defendenda q̃
aliena appetenda. Quos autem homines romanos esse
nempe pastores / qui latrocinio iustis dominis adem
ptum solum teneant / qui uxores cum propter ori
ginis dehonestamenta non inuenirent / ui publica
rapuerint / qui demq; urbem ipsam parricidio con
diderint. immorumq; fundamenta fraterno sangui
ne asperserint. Etolos autem principes grecie semp
fuisse / & sicut dignitate ita & uirtute ceteris pre
stitisse / solos demq; esse / qui macedonas imperio ter
rarum semper florentes contempserint / q̃ philippū

regem non timuerint / qui alexandri magni post persas
indosq; deuictos / cum omnes nomen eius horrerent edic-
ta spreuerint .. Monere igitur se romanos contenti sint
fortuna presenti / nec prouocent arma / quibus & gal-
los cesos / & macedonas contemptos uideant . Sic di-
missa legatione romanorum ne fortuis locuti q̄ fecisse
uiderentur / fines epiri regni & acarnanie depopulan-
tur . Iam olimpias filius regna tradiderat / & in locū
pirri fratris defuncti ptolemeus successerat / qui cum
hostibus instructo exercitu obuius processisset / infir-
mitate correptus in itinere decidit . olympias quoq; ge-
mmo fimerum uulnere afflicta egrum spiritum trahens
non diu filiis superuixit . Cum ex gente regia sola ne-
reis uirgo cum laudomia sorore superesset / nereis nubit
geloni sicilie tiranni filio / laudomia autem cum in-
arm diane confugisset / concursu populi interficitur /
quod facimus diu immortales assiduis cladibus gentis &
prope interitu totius populi uindicauerunt . Nam
& sterilitatem famemq; passi / & intestina discordia
uexati & externis / ad postremum bellis pene con-
sumpti sunt . Milo quoq; laudomie percussor in fu-
rorem uersus / nunc ferro / nunc saxo in summa
dentibus laceratis uisceribus duodecima die interiit .
His in epiro gestis interim in macedonia demetrius
rex relicto filio philippo paruulo admodum decidit /
cui antigonus tutor datus / accepta in matrimonium ma-
tre pupilli regem se constituii laborabat . Interiecto de-
inde tempore cum sedicione minaci macedonum clau-
sus in regia teneretur in publicum sine satellitibus

procedit: proiectoq; in uulgus diademate: ac pur-
pura dare hec eos alteri iubet: qui aut imperare illis
nesciat: aut cui parere ipsi sciant: se adhuc inuidio-
sum illud regnum non uoluptatibus: sed laboribus
ac periculis sentire: commemorat: deinde beneficia
sua: ut defectionem sociorum uindicauerit: ut dar-
danos thessalosq; exultantes morte demetrii regis
compescuerit: ut denique dignitatem macedonum
non solum defenderit: uerum etiam auxerit: quo-
rum si illos peniteat deponere imperium & reddere
illis mumus suum: qua regem querunt: cui imperet.
Cum populus pudore motus recipere eum regnum iu-
beret: tam diu recusauit: quoad seditionis auctores
supplicio traderentur. Post hec bellum sparthanis infert
qui soli philippi alexandriq; belli & imperii macedo-
num & omnibus mereuenda arma contempserant:
Inter duas nobilissimas gentes bellum summis utrinq;
uiribus fuit: cum hi pro ueterum macedonum gloria
illi non solum pro illibata libertate: sed etiam pro sa-
lute certarent. Victa lacedemonii non ipsi tantum:
uerum etiam coniuges liberiq; magno animo fortu-
nam tulere: nemo in acie quippe saluti pepercit: nulla
amissum coniugem fleuit: filiorum mortes senes lau-
dabant: patribus in acie cesis filii gratulabantur: suam
uicem omnes dolebant: quod non & ipsi pro patrie
libertate cecidissent: patentibus omnes domibus:
saucios excipiebant: uulnera curabant, lassos reficie-
bant. Inter hec nullus in urbe strepitus: nulla tre-
pidatio magisq; omnes publicam q̃ priuatam

fortunam lugebant. Inter hec cleomenes rex post
multas hostium cedes toto corpore suo pariter &
hostium cruore madens superuenit ingressusq, in ur-
bem non humi consedit: non cibum aut potum popo-
scit: non denicq, armorum onus deposuit: sed accli-
nis pareti cum quatuor milia sola expugna superfuisse
conspexisset: hortatus ut se ad meliora rei-p. tempo-
ra reseruarent: tunc cum coniuge & liberis egyptū
ad ptolemeum proficiscitur: a quo honorifice excep-
tus diu & in summa dignatione regis uixit. Postre-
mo post ptolemei mortem a filio eius cum omni fa-
milia occiditur. Antigonus autem cesis occisione spar-
thanis fortunam tante urbis miseratus a direptione
milites prohibuit: uenamq, his qui superfuerant: de-
dit: prefatus bellum se cum cleomene non cum spar-
thanis habuisse: cuius fuga omnis ira finita sit: nec
minori sibi glorie fore sibi ab eo seruata lacedemonia
a quo solo urbis ac tectis: quoniam homines quibus
parceret: non superfuissēt. Nec multo post ipse decc-
dit regnumq, philippo pupillo annos quatuordecim
nato tradidit.

Isdem ferme temporibus prope uniuersi or- 39.
bis imperia noua regum successione mutata
sunt. Nam & in macedonia philippus mortuo
antigono tutore eodemq, uictrico annorum
quatuordecim regnum suscepit: & in asia interfecto
seleucho impubes adhuc rex antiochus constitutus est
cappadocie quoq, regnum ariarti puero admodum pat-

ipſe tradiderat: egiptum patre ac matre interfectis occu-
pauerat ptolemeus: cui ex facinoris crimine cognomen-
tum philopater fuit. Sed ſparthani in locum cleomenis
ſuffecerunt lucurgum: & nequa temporibus mutatio
dęd deeſſet. apud carthaginenſes quoq; etate immatu-
ra dux hannibal conſtituitur. non penuria ſenioru
ſed odio romanorum: quo imbutum eum a puerita
ſciebant: fatale non tam romanis q̄ ipſi africe malum.
his regibus pueris tam & ſi nulli ſenioris etatis rectores
erant: tamen in ſtiorum quiſq; maiorum ueſtigia inten-
tis: magna indoles uirtutis emicuit: ſolus ptolemeus
ſicut ſceleſtus in occupando: ita & segnis in adminiſtrā-
do regno fuit: philippum dardani ceteriq; finitimi po-
puli: quibus uelut immortale odium cum macedonum
regibus erat: contempta etatis aſſidue lacesſebant.
contra ille ſubmotis hoſtibus non contentus ſua defen-
diſſe: ultro etiam etolis bellum inferre geſtiebat.
Que agitantem illum demetrius rex illiriorum nuper
a paulo romano conſule uictus ſupplicibus precibus ag-
greditur iniuriam romanorum querens: qui non con-
tenti italie terminis imperium ſpe improba totius or-
bis amplexi bellum cum omnibus regibus gerunt.
Sic illos ſicilie: ſic ſardinie ſpanieq; ſic denicq; toti
africe imperium affectantes: bellum cum penis &
hannibale ſuſcepiſſe: ſibi quoq; non aliam ob cauſam
q̄ q̄d italie finitimis iudebatur bellum illatum: q̄ſi
nephas eſſet aliquem regem iuncta imperii eorum
terminos eſſe: ſed ipſi cauendum eſt exemplum: cui
quanto propriis nobiliusq; ſit regnum: tanto ſit

romanos acriores hostes habituros. Super hec cedere
se illi regno / quod romani occupauerint / profitetur
gratius habituros si in possessione imperii sui socium
potius q̃ hostes uideret. huiusce modi oratione impulit
philippum / ut omissis etolis bellum romanis inferret /
minus negocii existimantem / quod iam uictos eos
ab hannibale apud trasimenum lacum audierat. Itaq;
ne eodem tempore multis bellis detineretur pacem cũ
etolis facit / non quasi alio bellum translaturus esset /
sed ut grecie quieti consuleret / quam numquam in
maiore periculo fuisse affirmabat. Si quidem con-
surgentibus ab occidente nouis penorum ac romanorũ
imperiis / quibus una hec a grecia atq; asia sit mora /
dum inter se bello discrimen imperii faciunt / ceterũ
statim uictoribus transitum in orientem fore / uidere
se itaq; aut consurgentem in italia nubem illam tru-
cis & cruenti belli uidere tonantem ac fulminantẽ
ab occasu procellam / quam in quascunq; terrarum
partes uictorie tempestas detulerit / magno cruoris
imbre omnia fedaturam frequentes greciam inter se
motus passam / nunc persarum / nunc gallorum / nũc
macedonum bellis / sed omnia illa leuia esse fuisse exi-
stimaturos / si ea / que nunc in italia concurrat manu
extra terram illam se effuderit / cernere se quam cruẽ-
ta & sanguinaria inter se bella utriq; populi & uiribus
copiarum & ducum artibus gerant / que rabies finiri
solo partis alterius interitu sine ruina finitimorum
non possit / Ferosq; igitur uictoria animos minus qdem
macedonie q̃ grecie timendos / quia & remotior &

in mundictam sui robustior sit: scire tamen se eos
qui tantis uiribus concurrant: non contentos hoc
fine uictorie fore: metuendumq; sibi quoq; certam
eorum: qui superiores exiterint. hoc pretexen
to cum etolis bello: nichil aliud q̃ penorum roma
norumq; bella respiciens singulorum uires perpen
debat. Sed nec romani tam & si peni & hannibal
inceruicibus erant: soluti metu macedonico uide
bantur: quippe terrebat eos & uetus macedonum
decuria orientis gloria: & philippus studio alexan
dri emulatione incensus: quem promptum in bello
industrumq; cognouerant. Igitur philippus cum
uterato prelio uictos dudicisset a penis romanis apte
hostem se his professus naues: quibus in italiam ex
ercitum traiceret: fabricare cepit. Legatum deinde
ad hannibalem iungende societatis gratia cum epi
stolis mittit: qui comprehensus & ad senatum p
ductus incolumis dimissus est: non in honorem re
gis: sed ne dubius adhuc indubitatus hostis redde
retur. Postea uero cum romanis nuntiatum esset
in italiam philippum copias traiecturum leuinū
pretorem cum instructis nauibus ad prohibendum
transitum mittunt: qui cum in greciam traiecisset
multis promissis impellit etolos bellum aduersus
philippum suscipere: philippusq; acheos in romano
rum bella sollicitat. Interea & dardani macedonie
fines uastare ceperunt: abductisq; uiginti milibus
captiuorum philippum a romano bello ad tuendum
regnum reuocauerunt. Dum hec aguntur leuin'

pretor iuncta cum attalo rege societate greciam depo
pulantur: quibus cladibus perculse ciuitates auxilium
petentes philippum legationibus fatigant: nec non
illiriorum reges lateri eius herentes assiduis precib⁹
promissa exigebant. Super hec uastati macedones
ultionem flagitabant: quibus tot tantisq; rebus ob-
sessus: cui rei primum occurreret: ambigebat: om-
nibus tamen prope diem auxilia se missurum pollicet⁹:
non quia facere posset: que promittebat: sed ut spe
impletos in societatis iure retineret. Prima tamen
illi expeditio aduersus dardanos fuit: qui absen-
tiam eius aucupantes maiore belli mole mace-
doniam minabant. Cum romanis quoq; pacem fecit con-
tentus interim bellum macedonicum distulisse.
philopemini achaeorum duci: ad qui ad romanos so-
ciorum animos sollicitare didicerat: insidias pre-
tendit: quibus ille cognitis uitatisq; discedere ab eo
achaeos auctoritate sua coegit.

Philippo in macedoniam magnis rebus intento 30.
in egipto ptolemei diuersi mores erant: quippe
regno parricidio parto: & ad necem utriusq;
parentis cede etiam fratris astructa uelut
rebus feliciter gestis luxurie se tradiderat: regis
quoq; mores omnis se uita regia erat. Itaq; non a
amici tantum prefectiq; uerum etiam omnis exer-
citus depositis militie studiis ocio ac desidia corrupti
marcebant. Quibus rebus cognitis antiochus rex syrie
uetere inter se regnorum odio simulante repentino

bello multas urbes eius oppressit: ipsamq; egyptum
aggreditur. Trepidare igitur ptolemeus legationibus
missis quoad ures pararet morari antiochum: mag
deinde exercitu in greciam conducto secundum
prelium facit: spoliasset q; regno antiochum si for-
tunam uirtute uincisset: sed contentus reciperatiõe
urbium: quas amiserat facta pace auide materiam
quietis arripuit reuolutus quoq; in luxuriam occisa
eurydice uxore eademq; sorore sua agathocle me-
retricis illecebris capitur: atq; ita omnem magnitu-
dinem nominis ac maiestatis oblitus noctes in stupris
dies in conuiuiis consumit: addunturq; instrumẽta
luxurie tympana. & crepundia: nec iam expecta-
tor rex: sed magister neq; inter neruorum oblecta-
menta modulator. Hec primo laboranti regie tacita
pestis & occulta mala fuere: dehinc crescente lu-
centia: nec iam parietibus regie domus contineri
meretricis audacia potest: quam proteruiorem socia-
ta cum agathocle fratre ambitiose pulchritudinis scor-
to quotidiana regis stupra faciebant: accendebat
& mater enanthe: que gemine sobolis illecebris de-
uinctum regem tenebat. itaq; non contente rege
iam & iam regnum possident: iam in publico uisũt:
iam salutantur: iam comitantur agathocles regis la-
teri uinctus ciuitatem regebat tribunatus & prefec-
turas & ducatus mulieres ordinabant: nec quisquam
in regno suo minus q̃ rex ipse poterat. cum interi
relicto quinquenne ex eurydice sorore filio moritur.
sed mors eius cum pecuniam regiam mulieres rapuũt:

& imperium inita cum perditissimis societate occu-
pare conantur diu occulta fuit: re tamen cognita
concursu multitudinis & agathocles occiditur &
mulieres in ultionem euridicis patibulis suffiguntur.
Morte regis supplicio meretricium uelut expiata reg-
infamia legatos alexandrini ad romanos misere: oran-
tes ut tutelam pupilli susciperent: tuerenturq; regnū
egipti: quod iam philippum & antiochum facta inter
se pactione diuisisse dicebant. Grata legatio romanis
fuit: causas belli aduersus philippum querentibus: q
insidiatus temporibus belli punici fuerat. huc acce-
debat qđ penis & hannibale superato nullius magis
arma metuebant: reputantibus quantum motum
pirrus parua macedonum manu in italia fecisset:
quantasq; res macedones in oriente gessissent. Mit-
tuntur itaq; legati qui philippo & antiocho denun-
tient regno egipti ut abstineant: mittitur & mar-
lepidus in egiptum qui tutorio nomine regnum
philippi pupilli administret. Dum hec agūtur
interim legationes attali regis & rhodiorum iniurias
philippi querentes romam uenerunt: que res omnem
cunctationem macedonici belli senatui exemit. Stati
igitur titulo ferendi sociis auxilii bellum aduersus
philippum decernitur legionesq; cum consule in ma-
cedoniam mittuntur. nec multo post tempore fiducia
romanorum tota grecia aduersus philippum spe pri-
stine libertatis erecta bellum ei intulit: atq; ita cum
undiq; rex urgeretur: pacem petere compellitur.
Dum cum expositę conditiones pacis a romanis essēt

repetere sua & attalus / & rhodii & achei / & etoli
cepere / contra philippus adduci posse / ut romanis
pareat / concedebat. Ceterum indignum esse gre-
cos & a philippo & Alexandro maioribus suis uic-
tos & subiugum macedonici imperii subiectos uelut
uictores leges pacis sibi dicere / quibus prius sit ser-
uitutis ratio reddenda / quam libertas uindicanda /
ad postremum tamen petente eo indutie duorum
mensium date / ut pax / que in macedonia non
conueniebat rome a senatu peteretur. Eodem ãno
inter insulas teramen & terasim medio utriusq;
ripe & maris spatio terremotus fuit / in quo cum
admiratione nauigantium repente ex profundo
cum calidis aquis insula emersit. In asia quoq; eod
die idem motus terre rhodon multasq; alias ciui-
tates grauiruinarum labe concussit / quasdam so-
lidas absorbuit / quo prodigio territis omnibus ui-
tes cecinere orienti romanorum imperium uetus
grecorum ac macedonum uoranturum. Interim a
senatu repudiata pace / philippus in societatem bel-
li nabim tiranum sollicitat / atq; ita cum in aciem
exercitum instructis e diuerso hostibus produxis-
set / hortari suos cepit referendo persas / bactros
indosq; & omnem asiam orientis finem a mace-
donibus perdomitam tantoq; hoc bellum fortius
q̃ illa sustinendum quanto sit imperio libertas ca-
rior. Sed & flaminius romanus consul relatione
rerum recentissime gestarum suos stimulabat
in prelium / ostendendo hinc carthaginem / cum

sicilia cum italia & hispania romana uirtute perdomtas: ne hannibalem quidem alexandro magno postponendum: quo italia pulso africam ipsam tertiam partem mundi superauerint. Sed nec macedonas ueteri fama: sed presentibus uiribus estimandos: quia non cum alexandro magno quem inuictum audiāt. nec cum exercitu eius qui totum orientem deuicerit bellum gerant: nec cum sed cum philippo puero immaturē etatis qui regni terminos aduersus finitimos egre defendit. & cum his macedonibus qui nō ita quidem prede dardanis fuerint: illos maiorum suorum decora se suorum mihtum commemorare: non enim alio exercitu hannibalem & penos & totū ferme occidentem: sed his ipsis quos in acie habeat militibus subactos. his adhortationibus utrinq; concitati milites prelio concurrunt alteri orientis: alteri occidentis imperio gloriantes: ferentesq; in bellū alii maiorum suorum antiquam & obsoletam gloriā alii uirentem recentibus experimentis uirtutis florem: sed macedonas romana fortuna uicit: fractaq; bello philippus pace & flamminio consule petita nomen quidem regium retinuit: sed omnibus grecie urbibus uelut regni membris extra terminos antique possessionis amissis: solam macedoniam retinuit. offensi tamen etoli quia non ex arbitrio eorum macedonia quoq; adempta regi & data sibi in premium belli esset: legatos ad antiochum mittunt qui eum adulatione magnitudinis in romana bella spe societatis immense grecie impellerent.

31.

Mortuo ptolemeo antipatro rege egipti : contem-
ptaq; paruuli filii eius etate : qui in spem regni
relictus preda etiam domesticis erat : antiochus
rex sirie occupare egiptum statuit . Itaq; phe-
nicem ceteraſq; ciuitates sirie quidem : sed uiris egipti
ciuitates cum inuasisset legatos ad eum senatus mittit :
qui denuntiarent ei abstineret a regno pupilli posse-
mus patris precibus fidei sue tradita : quibus spretis
interiecto tempore alia legatio superuenit : que omis
sa pupilli persona ciuitates iure belli factas populi ro-
mani integrum restitui iubeat . Abnuenti bellum
denuntiatum quod ille facile suscepit infeliciter
gessit . Eodem tempore & nabis tirannus multas
grecie ciuitates occupauerat . Igitur senatus ne-
mo tempore duplici bello romane uires detinerent
scripsit flamino si ei uideatur sicuti macedonam
a philippo : ita greciam ab nabi liberet : ob quam
causam imperium ei prorogatum . Terribile quippe
antiochi bellum hannibalis nomen faciebat : quem
emuli eius occultis mandatis cum antiocho missse
societatem apud romanos criminabantur : negantes
eum equo animo sub legibus uiuere : assuetum impe-
rio & immoderata licentia militari : semperq; tedio
quietis urbane nouas belli causas circumspicere : que
& si falsa nuntiata fuissent apud timentes tamen pro
ueris habebantur . Deniq; senatus metu perculsus ad
speculandos actus hannibalis legatum in africam ge-
seruilium mittit : eiq; tacitis mandatis precipitur
si posset eum per emulos eius interficeret : metuq;

inuisi nomimis tandem popolum romanum libera-
ret. Sed resi hannibalem non diu latuit uirum ad
prospiciendu cauendaq; pericula paratum: nec min⁹
in secundis aduersa: q̄ in aduersis secunda cogitantē.
Igitur cum tota die in oculis principum legatiq; roma-
ni in foro carthaginensium obuersatus in supremum
fuisset: appropinquante uespere equum conscendit:
& rus urbanum: quod propter litus maris habebat:
ignaris seruis iussisq; ad portam reuertentem operiri
contendit: habebat ibi naues cum remigibus occul-
to simu litoris absconditas: erat & grandis in eo agro
pecunia preparata: ut cum res exegisset: nec facul-
tas fugam: nec inopia moraretur. Lecta igitur ser
uorum iuuentute: quorum copiam talorum capti-
uorum numerus augebat: nauem conscendit cur-
sumq; ad antiochum dirigit. Postero die ciuitas
principem suum actum temporis consulem in foro
expectabat: quem ut profectum nuntiatum est
non aliter q̄ si urbs capta esset omnes trepidauere:
exitiosamq; sibi fugam eius ominati sunt. Legatus
uero romanorum quasi iam bellum illatum italie
ab hannibale esset: tacitus romam regreditur: tre
pidumq; nuntium refert. Interim in grecia flami-
nius iuncta cum quibusdam ciuitatibus societate:
nabiden tiran duobus continuis preliis subigit &
grauibus factum uelut exanguem in regno reliqt.
Sed libertate grecie restituta deductisq; ab urbibus
presidiis cum romanus exercitus in italiam repor-
tatus esset: uelut uacua rursus possessione sollicitat⁹

multas ciuitates repentino bello inuasit: quibus
rebus exterriti achei ne uicinum malum etiam ad
se serperet: bellum aduersus nabidem decernunt:
ducemq; pretorem suum philopemmem insignis
industrie uirum constituunt: cuius in eo bello tã
uirtus enituit: ut opinione omnium flaminio roma-
norum imperatori comparetur. Eodem tempore
hannibal cum ad antiochum peruenisset uelut
deorum munus excipitur: tantusq; eius aduentus
ardor animus regis accessit: ut non tam de bello q̃
de premiis uictorie cogitaret. Sed hannibal: cui
nota romana uirtus erat: negabat opprimi roma-
nos: nisi in italia posse. Ad hoc sibi centum naues
& decem milia peditum & mille equitum poscebat
promittens hac manu non minus bellum q̃ gesse-
rit italie restauraturum: & masia regi sedenti
aut uictoriam de romanis: aut equas pacis conditio-
nes relaturum. quippe hispanis bello flagrantibus
ducem tantum deesse: & italum notiorem sibi nũc
q̃ nunc pridem fuisse. Sed ne carthaginem quie-
tam sociamq; se ei sine mora prebituram: cum
regi consilia placuissent mittitur carthaginem
unus ex comitibus hannibalis: qui in bellum cu-
pidos hortentur: hannibalemq; cum copiis affuturu-
rum nuntiet: nichil dicat partibus nisi animos
carthaginensium deesse: asiam & ubera belli &
sumptum prebituram. hec cum perlata carthagi-
nem essent: nuntius ipse ab inimicis hannibalis
comprehenditur: perductusq; in senatum cũ

interrogarentur ad quem missus esset: primo in
genio respondit se ad universum senatum missu
hec enim equis hec singulorum: sed universorum
esse. Dum multis diebus deliberant: an cum ro
mam ad purgandam publicam conscientiam mit
tant: tacitus conscensa nave ad hannibalem rever
titur: quo cognito carthaginenses rem romam
per legatos deferunt. Romam quoq; legatos ad
antiochum misere: qui sub specie legationis &
regis apparatum specularentur: & hannibalem
aut romanis mitigarent: aut assiduo colloquio
suspectum: invisumq; regi redderent. Ita q; lega
ti cum ephesum convenissent: antiocho mandata
senatus tradunt. Dum responsum expectant om
nibus diebus circa hannibalem fuere: dicentes
minime cum a patria recessisse cum pacem romani
non tam cum republica eius: quam cum eo facta
summa fide custodiant: nec bella cum romano
rum magis odio q; patrie amore gessisse: cui ab
optimo quoq; etiam spiritus ipse debeatur: has enim
publicas inter populos non privatas inter duces
bellandi causas esse. Inde res gestas eius laudare:
quarum sermone letus sepius cupidusq; cum lega
tis colloquebatur: ignarus quod familiaritate roma
na odium sibi apud regem crearet. Quippe antioch
tam assiduo colloquio reconciliatam eius cum roma
nis gratiam existimans: nichil ad eum sicuti sole
bat referre: expertemq; totius consilii & meluti
hostem proditoremq; suum odisse cepit: que res

tantum apparatum belli cessante imperatoria arte
corrupit. Senatus mandata fuerant contentus ter
minus asie esset: ne ipsis asiam ingredienti necessi
tatem imponeret: quibus spretis non accipiendum
bellum statuit: sed inferendum. Dicitur cum fre
quenter de bello consilium remoto hannibale ha
buisset tandem eum uocari iussisse non ut ex senten
tia eius aliquid ageret: sed ne per omnia spreuisse
uideretur: omnibusq; perrogatis: postremum inter
rogasse: quo ille animaduerso intelligere se profec
tus est: non quia egeret consilio: sed ad supplendū
numerum sententiarum se uocatum: tamen &
odio romanorum & amore regis apud quem so
lum tutum exilium sibi relictum sit: se uim ge
rendi belli non desertorum: uenam deinde liber
tati prefatus: nichil se aut consiliorum aut cepto
rum presentium probare ait: neq; sedem belli
greciam sibi placere cum italia uberior materia sit
quia romanos uinci non nisi armis suis posse: nec
italiam aliter q̄ italicis uiribus subigi. Siquidem
diuersum ceteris mortalibus esse illud & hominū
& belli genus: aliis bellis plurimum momenti
habere priorem aliquam cepisse occasionem loci
temporisq; agros rapuisse: urbes aliquas expugnas
se cum romanos seu occupaueris prior/ seu uinceris
tamen etiam cum uicto & iacente luctandum esse.
Quamobrem siquis eos in italia lacessat: suis eos opi
bus/ suis uiribus/ suis armis posse uincere sicut ipse
fecerit. Sin uero quis illis italia uelut fonte uirili

cesserit: proinde falli ac siquis amnes non ab ipsis
fontium primordiis deriuare: sed concretis iam
aquarum molibus auertere uel exsiccare uelit.
Hec & secreto censuisse ultroq. ministerium consi
lii sui obtulisse: & nunc presentibus amicis ideo re
petisse: ut scirent omnes rationem gerendi cum
romanis belli: eosq. foris inuictos: domi fragiles ee
nam prius illos urbe q̄ imperio: prius italia q̄
prouinciis exui posse. Quippe & a gallis captos &
a se deletos prope esse: neq. unquam se inictum prius
q̄ terris eorum cesserit. reuerso carthaginem stati
cum loco fortunam belli mutatam. huic sententie
obtrectatores amici regis erant: non utilitatem rei
cogitantes: sed uerentes ne probato consilio eius pri
mum apud regem locum gratie occuparet: & antio
cho non tantum consilium q̄ auctor displicebat: ne
gloria uictorie hannibalis non sua esset. omnia igit
uariis assentationum adulationibus corrupebantur.
nichil consilio uel ratione agebatur. rex ipse per
hiemem in luxuriam lapsus: nouis quotidie nuptiis
deditus erat. Contra atilius romanus consul: qui ad
hoc bellum missus erat: copias arma ceteraq. bel
lo necessaria: summa industria parabat. ciuitates
socias confirmabat: dubias allitiebat: nec alius
exercitus belli q̄ apparatus utriusq. partis fuit. Itaq.
arma belli congressione cum cedentes suos rex
cerneret non laborantibus auxilium tulit: sed
fugientibus ducem se prebuit: castraq. diuina uicto
ribus reliquit. Deinde cum in asiam preda romā

occupanſ fugiendo peruenisſet / penitere negleti
conſilii cepit / reuocatoq; in amicitiam hannibale
omnia ex ſententia eius agere. Interim nuntiat⁹
ei emilium romanum ducem cum octoginta ro-
ſtratis nauibus ad bellum nauale a senatu missū
aduentare / que res illi spem restituende fortune
dedit. Itaq; primus q̄ socie ciuitates ad hostes defi-
cerent / decernere nauali prelio statuit / sperans
cladem in grecia acceptam noua posse victorie
gloria aboleri. Tradita igitur hannibali classe pre-
lium committitur / sed neq; asiam milites romanis
neq; naues eorum pares rostratis nauibus fuere.
Minor tamen clades ducis sollertia fuit romam
non dum optimo victorie uenerat / & ideirco in
consulibus creandis suspensa ciuitas erat. Sed ad-
uersus hannibalem ducem quis melius / q̄ africani
frater crearetur / cum uincere penos p̄ opus sci-
pionum esset. creatur igitur consul emilius scipio
eiq; datur legatus frater africanus / ut intelligeret
antiochus non maiorem fiduciam se in hannibale
victo / q̄ romanos in uictore scipione habere. Trai-
cientibus in asiam scipionibus exercitum / iam utro-
biq; profligatum bellum nuntiatum est / victumq;
antiochum terrestri / hannibalem nauali prelio in-
uenerunt - Primo igitur aduentu eorum legatos
pacem petentes antiochus ad eos mittit / peculiare
donum africano ferentes filium ipsius / quem ex
paruo naufragio traicientem ceperat. Sed africanꝰ
priuata beneficia rebus publicis secreta esse dicit

aliaq, esse patris officia / alia patrie uita / que non
liberis tantum / uerum etiam ante ipsi preponant.
Proinde gratum se munus accipere / privatoq, im-
pendio munificentie regis responsurum / quod ad
bellum pacemq, pertineat / nichil neq, gratie dari
neq, de iure patrie decidi posse / respondit. Nam
neq, de redimendo filio unquam tractavit / nec
senatum de eo agere permisit. Sed ut dignum ma-
iestate eius erat / animus se recepturum filium di-
xerat. Post hec legis pacis dictantur / ut asia roma-
nus cederet / contemtus sirie regno esset / naues uni-
uersas captiuos & transfugas traderet / sumptumq,
omnem belli romanis restitueret / que cum nuncia-
ta antiocho essent / non dum uita uictum se esse re-
spondit / ut spoliari se regno pateretur / belliq, ei
irritamenta non pacis blandimenta esse. Igitur
cum ab utrisq, bellum pararetur / ingressiq, asiam
romani ilium peruenissent / mutua gratulatio ilien-
sium ac romanorum fuit. Iliensibus eneam ceteros-
que cum eo duce a se profectos / romanis se ab his pro-
creatos referentibus tantaq, letitia omnium fuit
quanta esse post longum temporis inter parentes
& liberos solet. Iuuabat ilienses nepotes suos occi-
dente & africa domita asiam ut auitum regnum
uindicare / optabilem troie ruinam fuisse dicen-
tes / ut tam feliciter renascentes contra romanos
uiri lares & penatia manorum templaq, ac
deorum simulacra inexplebile desiderium uiden-
di tenebat. Profectis ab alio romanis eumenes

rex cum auxiliis occurrit: nec multo post prelium
cum antiocho commissum: cum in desteriori cornu
pulsa legio romana maiore dedecore q̄ periculo ad
castra fugeret. M. emilius tribunus militum ad tu-
telam castrorum relictus armare se milites suos &
extra uallum progredi iubet: strictisq; gladiis fugien-
tibus minari morturos dicens, ni in prelium reuer-
tantur: infestioraq; sua q̄ hostium castra inuenturos:
attonita cum ambiguo periculo legio comitantibus
commilitonibus, qui fugere eos prohibuerant, in
prelium reuertitur: magnaq; cede edita mutuum
victorie fuit. Cesa hostium quinquaginta milia
capta undecim. antiocho pacem petenti nichil ad
superiores conditiones additum africano predican-
te romanos, neq; si uincantur, animos minuere. neq;
si uincant secundis rebus insolescere. captas ciuitates
inter socios diuisere. missi romam aptiorem asiā
q̄ possessiones uoluntarias iudicantes: quippe victo-
rie gloriam romano nomini uindicandam: opum
luxuriam sociis relinquendam.

32. Etoli, qui antiochum in bella romana impu-
lerant, victo eodem soli aduersus romanos
armis impares. & omni auxilio destitu-
ti remanserunt. nec multo post uicti li-
bertatem, quam illibatam aduersus dominationem
atheniensium, sparthanorumq; inter tot grecie ci-
uitates soli retinuerant, amiserunt. que conditio
tanto amarior illis, quanto serior fuit: reputantibus

tempora illa quibus tantis personarum opibus dome-
sticis uiribus restiterint quibus gallorum uiolentiã
asie italieq; terribilem delphico bello fregerint que
gloriosa recordatio manus desiderium libertatis auge
bat. Dum hec aguntur medio tempore inter messenios
& acheos de principatu prima dissensio: mox bellum
ortum est: in eo nobilis acheorum imperator philopo-
emen capitur non quia pugnando uite pepercerit
sed dum suos in prelium reuocat un transitu fosse eq̃
precipitatus a multitudine hostium oppressus est quẽ
iacentem masseni seu metu uirtutis seu uerecundia
dignitatis interficere ausi non fuerunt. Itaq; leti ue-
luti in illo omne bellum confecissent captiuum per
uniuersam ciuitatem in modum triumphi circumdu-
xerunt effuso obuiam popolo ac si suus non hostium
imperator aduentaret nec uictorem achei audius
uidissent q̃ uictum hostes uiderunt. Igitur eumdem
in theatrum duci iusserunt: ut omnes contuerentur
quem potuisse capi incredibile singulis uidebatur in
in carcerem ducto uerecundia magnitudinis ei uene-
num dedere quod ille letius ac si uicisset accepit.
quesito prius an hieronas prefectus acheorum quem
secundum a se esse scientia militari sciebat incolu-
mis effugisset quem ut accepit euasisse non in totũ
dicens male consultum acheis expirauit nec multo
post reparato bello messeni uincuntur penasq; inter-
fecti philopomenis pependerunt. Interea infirma
rex antiochus cum graui tributo pacis a-
romanis premeretur & uictus honoratus q; esset seu

inopia pecunie compulsus seu auaritia sollicitatus
qua sperabat se sub spetie tributarie necessitatis ex
cusatus sacrilegia commissurum adhibito exercitu
noctu templum didymei iouis aggrediturq; qua re
perducto concursu incolarum cum omni milite inter
ficitur. Rome cum multe ciuitates grecie questum
de iniuriis philippi regis macedonum uenissent &
disceptatio in senatu inter demetrium philippi filiū
quem pater ad satisfaciendum senatui miserat &
legatos ciuitatum esset turba querelarum confusus
adolescens repente obticuit tunc senatus uerecun
dia eius motus que probata etiam antea cum obses
rome esset omnibus fuerat causam illi donauit
atq; ita modestia sua demetrius ueniam patri non
iure defensionis sed patrocinio pudoris obtinuit
quod ipsum decreto senatus significatum est. ut
appareret non tam absolutum regem q̄ donatum
filio patrem. que res demetrio non gratiam legatio
nis sed odium obtrectationis comparauit. tam
& apud fratrem perseum emulatio illi inuidiam
contraxit & apud patrem nota absolutionis causa
offense fuit: indignante philippo plus momenti
apud senatum personam filii quam auctoritatem
patris ac dignitatem regie maiestatis habuisse. tot
perseus perspecta patris egritudine quotidie absen
tem demetrium apud eum criminari. & primo
inuisum post etiam suspectum reddere. nunc amu
citiam romanorum: nunc proditionem patris ei
obiectare. ad postremum insidias sibi abeo paratas

confingit / ad cuius rei proditionem nimirum incidi
cet / testes subornat & facinus / quod obiecit / ad
mittit / quibus rebus compulso ad parricidium pa
tre funestam omnem regiam facit · occiso demetrio
sublatoq, emulo non negligentior tantum perseus in
patrem / uerum etiam contumacior erat / nec heredē
regni / sed regem gerebat · his rebus offensus philip
pus impatientius in dies mortem demetrii dolebat /
tunc & insidiis se circumuentum suspicari test es
indicesq, torquere / atq, ita cognita fraude non
minus scelere persei / q̄ innocētis demetrii mor te
cruciabatur / peregisset q, ultionem ni morte pre
uentus fuisset / nam breui post tempore morbo ex
egritudine contracto decessit / relicto magno belli
apparatu aduersus romanos / quo postea perseus us
est · Nam & gallos scordiscos ad belli societatem
perpulerat / fecissetq, romanis graue bellum nisi
decessisset · Flamq, galli bello aduersus delphos in
feliciter gesto / in quo maiorem iam nimium / qua
hostium senserant / amisso brenno duce / pars in asiam
extorres fugerant · Inde per eadem uestigia / qua
uenerant antiquam patriam repetiuere / ex his
manus quedam in confluenta danubii & sabi con
sedit / scordiscos se appellari uoluit · Tectosagi aūt
cum antiquam patriam tolosam uenissent / compre
hensiq, pestifera lue essent / non prius salutatem
reciperauere / quam aruspicum responsis monitu /
aurum argentumq, belli sacrilegiisq, quesitum in
tolensensem lacum mergerent / quod omne mag

post tempore cepio romanus consul abstulit. fuere
autem argenti pondo centum decem milia. auri pon-
do quinquies decies centum milia. quod sacrilegium
causa excidii cepioni exercitui q, eius post ea fuit.
Romanos quoq, cymbrici belli tumultus uelut ultor
sacre pecunie insecutus est. ex gente tectosaxorum
non mediocris populus prede discedine illiricam p
repetiuit. spoliatisq, histris in pannonia consedit.
historum gentem fama est originem a colchis duce
missis aboeta rege ad argonautas raptores filie perse-
quendos. qui ut a ponto intrauerunt histrum alueo
sabi fluminis penitus inuecti uestigia argonautarū
insequentes naues suas humeris per iuga montium
usq, ad litus adriatici maris transtulere. cognito qđ
argonaute idem propter naues priores fecissent. quos
aiut auectos colchi non repperierunt. siue metu regis
siue tedio longe nauigationis uix tam aquileiam con-
sidere. histriq, ex uocabulo amnis. quo a mari conces-
serant. appellari. daci quoq, soboles getarum sunt. qui
cum orole rege aduersus bastarnas male pugnassent
ob ultionem segnitie captiui somnum capita loco pe-
dum ponere nutu regis cogebantur. ministeriaq, uxo-
ribus. que ipsis ante fieri solebant facere. neq, hec
ante mutata sunt. quā ignominiam bello acceptam
uirtute delerent. igitur perseus cum imperio philip-
pi patris successisset. omnes has gentes aduersus roma-
nos in societatem belli sollicitabat. interim inter pru-
siam regem ad quem hannibal post pacem antiocho
a romanis datam. profugerat. & eumenem bellum

ortum est / quod prusiae hannibalis fiducia rupto
federe intulit. Tlamq, hannibal cum ab antiocho
romani inter ceteras conditiones pacis dedition em
eius poscerent / admonitus a rege in fugam uersus cre
tam defertur. Ibi cum diu quietam uitam egisset / in
uidiosumq, se propter inmanes opes uideret / amphoras
plumbo repletas in templo diane quasi fortune sue pre
sidia deponit / atq, ideo nichil de illo sollicita ciuitate
quoniam uelut pignus opes eius tenebat / ad prusiam
contendit / animo suo instantius in statuis / quas secum
portabat / infuso conspecte opes iuste nocerent. Dein
cum prusias terrestri prelio ab eumene uictus esset / &
prelium in mare transtulisset / hannibal nouo commēto
auctor uictorie fuit / quippe omnes serpentium genus
in fictiles lagenas conici iussit / mediocq, prelio in na
ues hostium mittit. Id primum pontici ridiculum ui
sum fictilibus dimicare / qui ferro nequeant / sed ubi
serpentibus cepere naues repleri anapiti periculo cir
cumuenti hosti uictoriam cesserunt / que ubi romam
nuntiata sunt / missi a senatu legati sunt / qui utrūq,
regem in pacem cogerent / hannibalemq, deposcerent.
Sed hannibal re cognita sumpto ueneno legationem
morte preuenit. Insignis hic animus trium toto orbe
maximorum imperatorum mortibus fuit / hanniba
lis philopomenis & scipionis africani / ex quibus con
stat hannibalem nec tunc cum romano tonante bello
italiam contremuit / nec cum reuersus in carthagine
summum imperium tenuit / aut cubantem cenasse /
aut plus q̄ sextario uini indulsisse / pudicitiamq, eū

tantum inter capuuas habuisse : ut in africa natum :
quinis negaret : moderationis certe eius fuit : ut
cum diuersarum gentium exercitus nouerit : neq;
insidiis suorum militum sit petitus unquam : neq;
fraude prohibitus cum unumq; hostes sepe tempta[illegible]ser

33.

Minore quidem rerum metu romani macedo-
nicum q̄ punicum bellum gesserunt : sed
tanto clarius : quanto nobilitate macedones
penos antecesserunt . quippe cum gloria
orientis domiti tum & auxilio omnium regum
iuuabantur . Itaq; romani & legiones plures nume-
ro conscripserunt : & auxilia a missa rege nu-
midarum & ceteris omnibus locis accuerunt : &
eumenem regem bithinie denuntiarunt : ut bellum
summis uiribus iuuaret . Perseo preter macedonicā
inuicte opinionis excercitum decennii belli impe-
ria patre parata in thesauris exhorrescebant : quib⁹
rebus inflatus oblitus fortune paterne uanerem
alexandri gloriam considerare sibi iubebat . prima
equitum congressio fuit : qua uictor perseus fulgen-
tem omnium expectationem in fauorem sui tra-
xit : mitti tamen legatos ad consulem qui pacem
peterent : quam patri suo romani etiam uicto de-
negarent : imperata belli lege uicti suscepturus : sed
consul fulpitus non minus graues q̄ uicto leges
dixit . Dum hec agimur metu tam periculosi belli
romani emilium paulum consulem creant : eique ex-
ordinem macedonicum bellum decernunt : qui

cum ad exercitum uenisset: non magnam moram pu
gne fecit: pridie q̄ prelium conseretur luna nocte
defecit: scitis id portentum perleo omnibus presa
gientibus finem macedonici regni portendi nasci
mentis. In ea pugna m. catonis oratoris filius: dum
inter confertissimos hostes insigniter dimicat: equo
dilapsus pedestre prelium restituit. nam cadentem
manipulus hostium cum horrido clamore undiq;
incidentem obtruncatum circumsteterat. At ille
cum suis corpore collecto magnas strages edidit. Cum
ad unum opprimendum undiq; hostes conuolarent
cum procerum quendam pene gladius eripuisset
ipse in medium cohortem hostium desilit: ad quem
recuperandum umbone se protegens: nec petente utq;
exercitu: inter hostium mucrones se se immersit:
recollecto q; gladio multis uulneribus exceptis ad
suos cum clamore hostium reuertitur: horum audi
tam ceteri unitam victoriam peperere. Perseus rex
fugam cum paucis & decem milibus talentum samo
thraciam defertur: quem. c. n. octauius ad perfugi
dum missus a consule cum duobus filiis alexandro
& philippo cepit: captumq; ad consulem adduxit.
Macedonia agarano: qui primus in eo regnauit usq;
persen triginta reges habuit: quorum sub regno fuit
quidem annis nongentis. xxciiii. sed rerum non
nisi centum quinquaginta duobus potita: ita cum
in ditionem romanorum cessisset magistratibus per
singulas ciuitates constitutis libera facta est: legesq;
quibus adhuc utitur a paulo accepit. Etolorum

uniuersarum urbium senatus cum coniugibus & libe
ris / quia dubia fide fuerant romam missus: ibiq, ne
in patria aliquid nouaret diu tentus / egreq, post
multos annos legationibus ciuitatum senatu fatigato
in patriam quisq, suam remissus est.

34. Pemis ac macedonibus subactis: etolorumq,
urnibus principum captiuitate debilitatis:
soli adhuc ex greca uniuersa achei nimis
potentes tunc temporis romanis uidebantur:
non propter singularum ciuitatum nimias opes: sed
propter conspirationem uniuersarum. Hanq, achei
licet per ciuitates uelut per singula membra diuisi
sint: unum tamen corpus: & unium imperium ha
bent / singularumq, urbium pericula mutuis uiri
bus propulsant. querentibus igitur romanis causas
belli tempestiue fortuna querelas sparthanorum ob
tulit / quorum agros achei propter mutuum odiū
populabantur. Sparthanis a senatu responsum est:
legatos se ad inspiciendas res sociorum & ad iniuriā
demendam in greciam missuros / sed legatis occul
ta mandata sunt: ut corpus acheorum dissoluerent:
singulasq, urbes propriis iuris facerent: quo facili?
& ad obsequium cogerentur / & si que urbes contu
maces essent / frangerentur. Igitur legati omnium
ciuitatum principibus euocatis corinthum decretum
senatus recitant / quid consilii habeant / aperiunt.
Expedire omnibus dicunt: ut singule ciuitates sua
iura & suas leges habeant / quod ubi omnibus inno

tiuit uelut in furorem uersi uniuersum peregrinum
populum trucidant. legatos quoq; ipsos romanorum
uiolassent: nisi audito tumultu trepidi fugissent.
hec ubi romam nuntiata sunt statim senatus mūmio
consuli bellum achaicum decernit. qui extemplo +
exercitu deportato & omnibus strenue prouisis pu-
gnandi copiam hostibus fecit. Sed achei uelut nūch
negocii romano bello suscepissent: ita apud eos neglec-
ta & soluta omnia fuere: itaq; predam non prelium
cogitantes & uehicula ad spolia hostium reportan-
da duxerunt: & coniuges liberosq; suos ad spectacu-
lum certaminis in montibus posuerunt: sed prelio
commisso ante oculos suorum cesi lugubre his specta-
culum & grauem luctus memoriam reliquerunt.
Coniuges quoq; liberiq; eorum despectatoribus capti-
ui facti preda hostium fuere. Vrbs ipsa cornutbus di-
ruitur: populus omnis sub corona uenditur: ut hoc
exemplo ceteris ciuitatibus metus nouarum impone-
retur. Dum hec aguntur rex syrie antiochus ptole-
meo maioris sororis sue filio regi egipti bellum infert
segni admodum & quotidiana luxuria ita marcenti
ut non solum regie maiestatis officia intermitteret:
uerum etiam sensu hominis nimia saginа careret.
Pulsus igitur regno ad fratrem minorem ptolemeum
alexandriam confugit: participatoq; cum eo regno
legatos romam ad senatum mittunt: auxilium petūt:
fidem societatis implorant: mouere senatum preces
fratrum: mittitur itaq; legatus popilius ad antiochū:
qui abstinere illum egipto: aut si iam incessisset exce-

dere iuberet / cum in egipto eum inuenisset / obscu-
lumq, ei rex obtulisset. Nam coluerat inter ceteros
antiochus populum cum obses rome esset / cum popli⁹
facessere interim priuatam amicitiam iubet / cum-
mandata patrie intercedant / prob prolatoq, senat⁹
decreto & tradito cum cunctari eum uideret con-
sultationemq, ad amicos refert / ibi popilius uirgã
quam manu gerebat amplo circulo inclusum / ut &
amicos caperet consulere eos iubet / nec prius inde
exire / q̃ responsum senatui daret / aut pacem aut
bellum cum romanis habiturum / adeoq, hec aspe-
tas animum regis fregit / ut paritrum se senatui
responderet. Reuersus in regnum antiochus decedit /
relicto paruulo admodum filio / cui cum tutores da-
ti a populo essent / patrius eius demetrius / qui obses
rome erat / cognita morte fratris antiochum senatũ
adit / / obsidem se in uno fratre uenisse / quo mortuo /
cuius obses sit se ignorare / dimitti igitur se ad re-
gnum petendum equum esse / qđ iure gentium ma-
iori fratri cesserit / ita nunc sibi / qui pupillum etate
antecedat deberi. Cum se non diutius animaduerterit
a senatu tacito iudicio tutius apud pupillum q̃ apud
eum regnum futurum arbitrante / specie uenandi
ab urbe profectus hostiis tacitus cum fuga comitibus na-
uem conscendit / delatus in syriam secundo omnium
fauore excipitur / regnumq, ei occiso pupillo a tutori-
bus traditur / eodemq, tempore prusias rex bithinie
consilium cepit interficiendi nicomedis filii dum cõ-
sulere studet / in nonibus filiis / quos ex nouerca ei

suscepérat & rome habebat / sed resadolescenti ab his
qui facinus susceperant proditur / hortatiq; sunt / ut
crudelitate patris prouocatus occupet insidias / &
manctorem torqueat scelus / nec difficilis persuasio fuit /
Igitur cum accitus in regnum patris uenisset / statim rex
appellatur / pulsus regno spoliatus a filio primatusq;
addictus etiam a seruis deseritur / cum latebris ageret
non minore scelere q̄ filium occidi iusserat / a filio occi
ditur.

DEmetrius occupato syrie regno nouitatis siue 35.
ocium periculosum ratus amplare imperi regni
& opes augere finitimorum bellis statuit / itaq;
ariarathi regis cappadocie propter fastiditas
sororis nuptias infensus fratrem eius orofernem per
inimicam regno pulsum supplicem recepit / datumq;
sibi honesti belli titulum gratulatus restituere eum
in regnum statuit. Sed orofernes ingrato animo
iniuria cum innocentibus pactione offensis tunc deme
trio pellere ipsum regno a quo restituebatur consiliū
cepit. Quo cognito demetrius inte quidem eius ne
ariarathes metu fraterni belli liberaretur / pepercit /
ipsum autem comprehensum iussum seleucie cu
stodiri iubet / nec innocentes indicio territi a defec
tione restituerant. Itaq; adiuuantibus & ptolemeo
rege egipti & attalo rege asie / & ariaratho cappa
docie bello a demetrio lacessitus / subornant propalam
quendam sortis extreme iuuenem / qui syrie regnū
uelut paternum armis repeteret / & ne quid contu-

melie deesset: nomen ei alexandri inditur: gemtusq;
ab antiocho rege dicitur: tantum odium demetrii
apud omnes erat: ut emulo eius non uires tantum re-
gie: uerum etiam generis nobilitas consensu omnium
tribueretur. Igitur Alexander admirabili rerum ua-
rietate pristinarum sordium oblitus totus ferme orien-
tis urbibus succinctus: bellum demetrio infert: uictuq;
uita pariter & regno spoliat: quanquam nec demetrio
animus in propulsando bello defuit. Nam & primo
bello hostem fugauit: & regibus bellum restituentibus
multa milia in acie cecidit: ad postremum tamen ignoto
animo inter confertissimos fortissime dimicans cecidit.
Initio belli demetrius duos filios apud gnidium hospi-
tem suum cum magno pondere auri commendauerat:
ut belli periculis eximerentur: & si ita forte tulisset
paterne ultioni seruarentur. Ex his maior demetri
annos pubertatis egressus audita alexandri luxuria:
quem insperate opes & aliene felicitatis ornamenta
uelut captum inter scortorum greges desidem in
regia tenebant: auxiliantibus cretensibus securum
ac nichil hostile metuentem aggreditur. Antiocenses
quoq; ueteris patris offensa nouis meritis correcturi
se ei tradunt. Sed & milites paterni fauore iuuenis
accensi prioris sacramenti religionem noui regis superbie
preferentes signa ad demetrium transferunt: atq; ita
Alexander non minore impetu fortune distractus: q̃
elatus primo prelio uictus interficitur: deditq; penas
& demetrio: quem occiderat: & antiocho: cuius mitis
originem fuerat.

Tecuperato paterno regno demetrius: & ipse
rerum successu corruptus uitiis adolescentia
in segnitiam labitur: tantumq, contemptum
apud omnes inertie: quantum odium ex
superbia pater habuerat: contraxit. Itaq, cum ab
imperio eius passim ciuitates deficerent: ad abolendā
segnitie maculam bellum parthis inferre statuit. Cuius
aduentum non minus orientis populi uidere: & propt
arsacide regis parthorum crudelitatem: & quod
ueteri macedonum assueti imperio: nouu populi su-
perbiam indigne ferebant. Itaq, cum & persarum
& olim eorum bactrianorumq, auxiliis iuuaretur:
multis preliis parthos fudit: ad postremum tn
pacis simulatione deceptus capitur: traductusq, p
ora ciuitatum populis/qui desciuerant: in ludibriū
fauoris ostenditur: missus deinde hircaniam benigne
& iuxta cultum pristine fortune habebatur. Dum
hec agunturinterim in syria tripo/qui se tutorem
antiocho demetrii prinigno substitui a populo labo
rauerat: occiso pupillo regnum syrie inuadit: quod
ui potitus tandem excolescente fauore recentis impe
rii ab antiocho puero adinodum demetrii fratre
qui in asia educabatur bello uincitur: rursus regnū
syrie ad sobolem demetrii reuertitur. Igitur antio
chus memor quod & pater propter superbiam
inuisus: & frater propter segnitiem contemptus
fuisset: ne in eadem una incideret: recepta in
matrimonium cleopatra uxore fratris ciuitates/
que uitio fraterni imperii defecerant: summa

mdustria persequuntur: domitaq; rursus regni ter
minus adicit. Iudeosq; qui macedonico imperio sub
demetrio patre armis se in libertatem uindicaue
rant: subegit: quorum uires tante fuere: ut post
hunc nullum macedonum regem tulerint: demc
thaq; imperiis suis sirian magnis bellis infestaue
runt. Hamq; iudeis origo damascena syrie nobi
lissima ciuitas: unde & à syriis regibus primus &
regnis femmanidi fuit: nomen urbi à damasco rege
inditum: monumenti honorem sui sepulchrum anteis
uxoris ei⁹ pro templo coluere: deamq; exinde
sanctissime religionis habent. Post damascenum ze
lus mox adoleret & babinabam esset israel reges
fuere: sed israbelem fetre decem filiorum primo
tus maioribus suis clamorem fecit. Itaq; populum
in decem regna diuisum filius tradidit: omnesq; ex
nomine iude: qui post diuisionem decesserat: iudeos
appellauit: coliq; memoriam eius ab omnibus iussit:
cuius portio omnibus accesserat. Minimus etate inf
fratres ioseph fuit: cuius excellens ingenium fra
tres ueriti clam interceptum peregrinis mercatori
bus uendiderunt: quibus deportatus in egiptum
cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset:
breui ipsi regi percarus fuit. Nam & prodigiorum
sagacissimus erat: & somniorum primus intelli
gentiam condidit: nichilq; ei diuini uel humani q
incognitum uidebatur: adeo ut sterilitatem agro
rum ante multos annos prouiderit: periissetq; om
nis egiptus fame: nisi monitu eius rex edicto seruari

per multos annos frugel nullus fuisset: tantaq; experimenta euisserunt: ut non ab homine: sed a deo dari responsa uiderentur. Filius euis moyses fuit: quem preter pulcre scientie beneficium etiam forme pulchritudo commendabat. Sed egptii cum scirent Israelitam futurum: responso monti cum eorum ne pestis ad plures serperet: terminis egypti pellunt. Dux igitur exulum factus sacre egyptiorum furto abstulit: que repetentes armis egyptii deorum ultore tempestatibus compulsi sunt. Itaq; moyses damascena antiqua patria repenta montem syriam occupat: quo septem dierum iter mo per deserta arabie cum populo suo fatigatus: cum tandem deuenisset septimum diem more gentis sabbata appellatum nomine eum nemo facimus: quia illa dies finem illis erroremq; finiret: & quoniam metu contagionis pulsos se ab egypto memmerant: ne eadem causa mali apud incolas foret: cauerunt ne cum peregrinis conuiuerent: quod exul causa factum paulatim in disciplinam religionemq; conuertit. Post quod moyses eum filiis eius arma sacerdotes sacris egyptiis mox nouauit: sempergq; exinde hic mos apud iudeos fuit ut eosdem regeret & sacerdotes haberent: quorum ultima religione permixta: incredibile quantum coaluere. Opes gentis ex ea regionibus opulentissimi crescere: quod in finitimum regnorum iniuria fuerunt. Illi tamquam ibi que communis membris ne ulterius muro quodam ad instar castrorum clauderent: spatium loci duorum milia

iugera nomine arcuis dicitur. In eo silua est & uber-
tate & amenitate arborum insignis: si quidem palm̄-
to & opobalsamo distinguuntur. arbores opobalsami
similem formam piceis arboribus habent: nisi quod
sunt humiles magis & in unearum more excolun-
tur. He certo anni tempore balsamum sudant: sed
non minor loci eius apricitatis quam ubertatis ad-
miratio est. Quippe cum toto orbe regionis eius ar-
dentissimus sol sit. ibi tepidi aeris naturalis quedam
ac perpetua opacitas inest. In ea regione latus lacus
est. qui propter magnitudinem aque & immobi-
litatem mortuum mare dicitur. nam nequeuntis
mouetur resistente turbinibus bitumine. quo aqua
omnis stagnatur. neq; nauigationis patiens est. Et
quoniam omnia uita carentia in profundum mer-
guntur. nec materiam ullam subsistmet. nisi que
lumine illustratur. Primum xerxes rex ses rex
persarum iudeos domuit. postea cum ipsis persis
in dictionem alexandri magni uenere. diuq; in pote-
state macedonici imperii subiecti sine regno fuere.
x demetrio cum desciuissent amicitia romanorum
petita. primi omnium ex orientalibus libertatem
acceperunt. facile tunc romanis de alieno largienti-
bus. Per eadem tempora. quibus in syria regni immuta-
tio inter nouos reges alternabatur. in asia rex attalus
florentissimum ab eumene patruo acceptum regnū
cedibus amicorum & cognatorum suppliciis sectabat.
nunc matrem manu. nunc beronicen sponsam ma-
leficiis eorum necatas confingens. post hanc scele-

stam uolentie rabiem squalidam uestem sumsit/ bar-
bam capillumq; in modum reorum submittit: non in
publicam prodire: non populo se ostendere: non leno
ra comunia iure: aut aliquod signum sani hominis
habere/ prorsus ut penas pendere manibus inter-
fectorum uideretur omissa deinde regni admini-
stratione ortos fodiebat/ gramina serebat: & noxia
innoxiis permiscebat: neq; omnia uenenu suco in-
fecta uelut peculiare munus amicis mittebat ab hoc
studio erarie artis fabrice se tradit/ ceteris q; fingendis
& ere fundendo procudendo q; oblectatur. Matri
deinde sepulchrum facere instituit: cui operi inten-
tus morbum ex solis feruore contraxit: & septima
die decessit. huius testamento heres populus roman⁹
tunc instituitur. sed erat ex eumene aristonicus nō
iusto matrimonio: sed ex pellice effesia citariste cui⁹-
dam filia genitus: qui post mortem attali uelut pa-
ternum regnum asiam inuasit. Cum multa secun-
da prelia aduersus ciuitates/ que metu romanorum
tradere se eidem nolebant: fecisset: iustus q; iam
rex uideretur: asia licinio crasso consuli decernitur:
qui intentior attalice prede/ quam bello cum extreō
anni tempore inordinata acie/ prelium conseruisset:
uictus penas inconsulte auaritie sanguine dedit. In
huius locum missus perpenna continū prima congres-
sione aristonicum superatum in potestatem suam
redigit: attalicasq; gazas hereditarias populo romano
nauibus impositas romam deportauit: quod egre
ferens successor eius. M. aquilius consul aderipiēdū

aristonicum perperne uelut sui potius triumphi minus esse deberet / festinata uelocitate contendit sed contentionem consilium mors perpenne dirremit / sic asia romanorum facta cum opibus suis quoq. romanis transmisit.

37. Capio aristonico massiliensef pro focensibus conditoribus suis / quorum urbem senatus & omne nomen / quod & tunc & antea antiochi bello infesta contra populum romanum arma tulerant / delere uisserat legatos romam deprecatum misere / uenia tunc q; bis a senatu obtinuere. Post hec regibus / qui aduersus aristonicum auxilia tulerāt premia persoluta mitridati pontico syria maior filius ariarathis regis cappadocie / qui eodem bello occiderat licaonia & cilicia data / ficticq; populus romanus insocii filios / q; mater in filios fuit / quippe hinc parum lis anethum regnum / inde una adempta. Hanc laodice ex numero sex filiorum / quos unius sexus ex ariarathe rege susceperat / tamens ne non mora diutina administratione regni adultis quibusdam dareturq; parricidali ueneno necauit / unum parumlum matris scelen cognatorumq; custodia eripuit / qui post necem laodicis / nam propter crudelitatem eam populus extinxerat / solus regno potitus est. Mitridates quoq; repentina morte interceptus filium / qui & ipse mitridates ductus est / reliquit. Cuius postea ea magnitudo fuit / ut non sui tantum temporis uerum etiam superioris etatis omnes reges maiestate

superarent / bella cum romanis per quadraginta
sex annos varia victoria gesserint / cum eam sum-
mum imperatorem sylla lucullus ceteraq; in summa cu-
pidine ciuitas habuerit / ut maior clamorq; in resti-
tuendo bello resurgeret / damnisq; ipsis terribilior
videretur / denique ad postremum non ut hostis vic-
sed voluntaria morte in anno regno senex heredi fi-
lio decessit / huius futuram magnitudinem eum ce-
lestia ostenta prediderant / Nam & eo / quo genitus est
anno / & eo / quo regnare primum cepit / stella com-
tes per utrumq; tempus / Lxx / diebus ita luxit / ut
celum omne conflagrare videretur / nam & magni-
tudine sui quartam partem celi occupauerat / & ful-
gore sui solis uitorem uicerat / & cum moreretur oc-
cumberetq; quatuor horarum spatium consumebat /
Fuit tutorum insidias passus est / qui cum ferro eque
impositum equitare ioculariq; coegerant / qui conatus
cum eos fefellissent supra etatem regente equum in-
citato / uenenoq; eum appetiuere / quod metuens an-
tidota sepius bibit / & ita se aduersus insidias exqui-
sitis uenenorum remediis stabilauit / ut ne volens qui
senex uenenoq; mori potuerit / timens deinde ne in-
uici / quod uenenis non potuerunt / ferro peragerent /
uenandi studium finxit / quo per septem annos neq;
urbis / neq; uiri tecto usus est / sed per silvas vagat⁹
diuersis montium regionibus pernoctabat / uenaris
animalibus / quibus esset locis affluens / feras cursu aut
fugare aut persequi cum quibusdam etiam urbibus co-
gredi / quibus rebus & insidias uitauit / & corpus ad

omnem patientiam uirtutis duxauit. Ad regni dein
administrationem cum accessisset, statim non de
regendo, sed de augendo cogitauit. Itaq, scithas
uniectos antea, qui & sopirionа alexandri magni
ducem cum triginta milibus armatorum deleuerat,
qui cyrum persarum regem cum ducentis milibus
trucidauerant, qui philippum macedonum regem
fugauerant, ingenti felicitate perdomuit. Auctus
igitur uiribus pontum quoq, ac deinceps cappadociam
occupauit. Cum de asia tractare tacitus cum quibus-
dam amicis a regno profectus, uniuersam nemine
sentiente peruagatus est, omniumq, urbium situm
ac regiones cognouit, dein bithiniam transcendit,
& quasi dominus asie oportuna queq, uictorie
siue meritus est. Post-hoc in regnum cum iam periisse
crederetur, reuersus est, inuento parulo filio, quem
per absentiam eius soror atq, uxor laudice enixa fue-
rat. Sed inter gratulationem aduentus sui & filii ge-
niti, ueneno periclitatus est, si quidem laodice soror
eum periisse eum crederet in concubitus amicorum, p-
iecta quasi admissum facinus maiori scelere tegere
posset uenenum aduenienti parauit, quod cum ex
ancillis mitridates cognouisset, facinus in auctores +
uindicauit. Hieme deinde adueniente non in conui-
uio, sed in campo, nec in auocationibus, sed inter soda-
les, sed inter equales, aut equo, aut cursu, aut uiribus
contendebat. Exercitum quoq, suum ad parem labo-
ris patientiam quotidiana exercitatione durabat, atq,
ita inuictus ipse inexpugnabilem exercitum fecerat.

Iuita deinde cum nicomede societate paphlagoniam
inuadat: uectamq; socio diuidit: quam cum teneri a
regibus senatui nuntiatum esset: legatos adutrumq;
misit qui gentem restitui in pristinum statum iube
rent. Mitridates cum se iam parem magnitudini roma
norum crederet: superbo responso hereditarium patruo
suo regnum obuenisse respondit mirariq; quod cum ei
relata controuersia non fuerit: sibi referatur. nec territ
minus galatiam quoq; occupat. nicomedes quoniam
se tueri iure non poterat: iusto regi redditurum respō
dit: atq; ita filium suum mutato nomine philamenem
paphlagonum regem appellat. & quasi stirpi regie red
didisset: regnum falso nomine tenet: sic ludibrio ha
biti legati romam reuertuntur.

Mitridatis parricidia nece uxoris auspicatus: so- 38.
roris alterius laodicis filiae: cuius uirum ariarathē
regem cappadocie per gordium insidiis occide-
rat tollendos statuit: nichil actum morte pa-
tris existimans: si adolescens paternum regnum: cui
ille cupiditate flagrabat: occupassent. Ioitur dum
in his cogitationibus uersatur: interim nicomedes rex
bithinie uacuam morte regis cappadociam inuadit
quod cum mitridati nuntiatum fuisset: per simulatio-
nem pietatis auxilia sorori ad expellendum cappado-
cia nicomedem mittit. Sed iam laodice per pactionē
nicomedi se in matrimonium tradiderat: quod egre
ferens mitridatis presidia nicomedis cappadocia
expellit: regnumq; sororis filio restituit: egregium

prorſus factum / niſi ſubſecuta fraus eſſet: ſi quidem
interiectis menſibus ſimulat ſe gordium / quo mimiſ
uſus in ariarate interficiendo fuerat: reſtituere in
patriam uelle ſperans ſi obſiſtere adoleſcens belli cau
ſas futuras: aut ſi permitteret per eundem filium tolli
poſſe per quem interfecerat patrem: quod ubi aria
rates minor moliri cognouit: grauiter ferens inter
fectorem patris per municipium potiſſimum ab exi
lio reuocari ingentem exercitum contrahit. Igitur
cum in aciem educiſſet mitridatis peditum octogin̄ta
milia: equitum decem milia curruſ falcatoſ ſexcen
toſ: nec ariarati auxiliantibuſ finitimis regibuſ mi
noreſ copie eſſent: interitum belli timens conſilia
ad inſidias tranſfert: ſollicitatoq, iuuene ad colloqui
cum ferrum occultatum inter faſceas gereret: &
ſcrutatori abariarathe regio more miſſo curioſius +
inum uentrem pertractanti ait: caueret ne aliud
inuenmret / q̄ quereret: atq, ita riſu protectis inſidiis
euocatum a amiciſ uelut ad ſecretum ſermonem in
ſpectante utroq, exercitu interficit: regnum cappa
docie octo annorum filio impoſito ariarathis nomine:
additoq, ei rectore gordio tradidit. Sed cappadoceſ
crudelitate ac libidine prefectorum uexati a mitri
date deficiunt fratremq, regis & ipſum ariarathen
nomine abaſia / ubi educabatur: reuocauit: cum q̄
mitridateſ prelium renouat: uictumq, regno cappa
docie expellit: nec multo poſt adoleſcens exco
tudine collecta infirmitate decedit. Poſt huius mor
tem nicomedeſ timens ne mitridateſ acceſſione cap

padocie etiam bithiniam finitimam inuaderet / sub
ornat puerum eximie pulchritudinis quasi arian
tes tres non duos filios genuisset / qui a senatu romano
paternum regnum peteret / uxorem quoq, laodicem
romam mittit ad testimonium trium ex ariarathe su
sceptorum filiorum / quod ubi mitridates cognouit /
& ipse pari impudentia gordium romam mittit / qui
senatui assereret puerum / cui cappadocie regnum
tradiderat ex eo ariarathe genitum / qui bello aristoni
co auxilia romanis ferens cecidisset. Sed senatus stu
dio regum intellecto alienare regna falsis nominib
fallentium noluit / & mitridati cappadociam & nico
medi ad solatia eius paphlagoniam ademit / ac ne cō
tumelia regum foret ademptum illis / quod daretur
aliis uterq, populus libertate donatus est. Sed cap
padoces munus libertatis abnuentes negant uiuere
gentem sine rege posse / itaq, rex illis a senatu ario
barzanes statuitur / erat eo tempore tigranes rex ar
menie obses a parthis ante multum temp⁹ datus /
nec olim ab hisdem in regnum paternum remissus /
hunc mitridates inire ad societatem romani belli qd
olim meditabatur perficere cupiebat / nichil igitur
de offensa romanorum societatē per gordium impel
lit / ut ariobarzani seqni admodum bellum infe
rat / & nequis dolus subesse uideatur / filiam suam
ei cleopatram in matrimonium tradit. Primo igit
aduentu tigranis ariobarzanes sublatis rebus suis
romam contendit / atq ita per tigranem rursum
cappadocia uuris esse mitridatis cepit. Eodem tem

pore mortuo nicomede etiam filius eius & ipse nico-
medes regno a mitridate pellitur: qui cum supplex
romam uenisset: decernitur in senatu: ut uterq; in
regnum restituatur: in quam rem missi marcus aqli-
& mallius maltinus legati. his cognitis mitridates so-
cietatem cum tigrane bellum aduersus romanos ge-
sturus iungit: pactiq; inter se sunt: ut urbes agriq;
mitridatis: homines uero & quecunq; auferri posset
tigrani cederent. Post hec mitridates intellecto quan-
tum bellum suscitaret legatos ad cimbros: alios ad
gallogrecos & sarmatas bastarnasq; auxilia petitum
mittit: nam omnes has gentes romanum meditabun-
dus bellum uariis beneficiorum muneribus iam ante
illexerat. A scithia quoq; exercitum uenire iubet:
omnemq; orientem aduersus romanos armat: nō
magno igitur labore aquilium & mallium maltini-
num asiano exercitu instructos uincit: quibus simil
cum nicomede pulsis: ingenti fauore ciuitatum ex-
cipitur. Multum ibi auri argentiq; studio ueterum
regum magnumq; belli apparatum inuenit: quib;
instructus debita ciuitatibus publica priuataq; remit-
tit & uacationem quinquennii concedit. Tunc ad
contionem milites uocat: eosq; uariis exhortationib;
ad romana bella siue asiana incitat: quam orationē
dignam duxi: cuius exemplum breuitati huius
operis insererem: quam obliquam pompeius trog;
exposuit: quoniam in liuio & salustio reprehen-
dit: quod contiones directas pro sua oratione ope-
ri suo inserendo historie modum excesserint.

optandum sibi fuisse aut : ut de eo liceret consule~ :
bellum ne sit cum romanis an pax habenda · quin
uero sit resistendum impugnantibus : nec eos q̃t
dubitare · quin spe victorie careant : quippe aduer
sus latronem si nequeant pro salute · pro ultione
tamen sua omnes ferrum stringere · Cerum quia
non id agatur an liceat quiescere non tantum anīo
hostiliter : sed etiam prelio congressis consulendum
qua ratione spe cepta bella substineant esse autem
sibi victorie fiduciam si sit illis animus : romanosq;
iunci posse cognitum non sibi magis q̃ ipsis militib;
qui & in bithinia aquilium & maximum in cappado
cia fuderint · Ac sic quem aliena magis exempla
q̃ sua experimenta moueant · audime se x̃ pirro rege
epiri non amplius quinq; milibus macedonum instruc
to fusos tribus prelius romanos · audime hannibalem
sedecim annis italie victorem immoratum & quin
ipsam caperet urbem non romanorum illi uires
restituisse : sed domestice emulationis atq; inuidie
studium · audire populos transalpine gallie italiā
ingressos maxime eam pluribusq; urbibus possidē
& latius aliquanto solum finium q̃ in asia · que
dicatur umbellis idem gallos occupauisse · nec uic
tam solum dici sibi romam a gallis : sed etiam & ca
ptam · ita & ut uniuis illis montis tantum cacumen
relinqueretur · nec bello hostem · sed pretio remo
tum · gallorum autem nomen · quod semper ro
manos terruit · in partem uirium suarum ipse
numeret · Nam hos · qui asiam incolunt · gallos

ab illis qui italiam occupauerunt / sedibus tantum
distare originem quidem ac uirtutem genusq; pu-
gne idem habere / tantoq; his acriora esse q illis in-
genia / quod longiore ac difficiliore spatio per illi-
ricum trachiamq; prodierint / nec operosius tran-
situs illorum finibus / q ibi considere posse / iam
ipsam italiam audire se nunquam / ut roma condita
sit / satis illi pacatam / sed assidue per omnes annos
pro libertate alios / quosdam etiam pro uice imperii
bellis ciuilibus perseuerasse / & a multis italie ciui-
tatibus deletos romanorum exercitus ferri / a
quibusdam nouo contumelie more subiugum missos /
ac ne ueteribus immoremur exemplis / hoc ipso
tempore uniuersam italiam bello marsico consurre-
xisse / non iam libertatem / sed consortium imperii
ciuitatisq; poscentem / nec grauius unquam italie bello,
q domesticis principum factionibus urbem premi /
multoq; periculosius esse italico ciuile bellum / si-
mul & a germania cimbros immensa milia ferorū
atq; immanium populorum more procelle inundis-
se italiam / quorum & si singula bella subsistere ro-
mani possent / uniuersis tamen obruuntur / ut ne
uagaturos quidem bello suo putent / Vtendum igi-
occasione & rapienda incrementa utrum / nisi illis
occupatis quieuerint / mox aduersus uacuos &
quietos manus negocium habeant / Non enim queri
an capienda sint arma / sed utrum sua potius occa-
sione an illorum / nam bellum quidem iam tunc secū
ab illis geri ceptum / cum sibi pupillo maiorem pbri-

gnam ademerint / quam patri suo premium dan
aduersus aristonicum auxilia concesserant / gentē
quam & proauo suo mithridati seleucus in dotem
dedisset / qui cum paphlagonia se decedere misset
non alterum illud genus bellii fuisse / que non ui
non armis / sed adoptione testamenti & regum
domesticorum interitu hereditaria patri suo obue
nisset. Cum hec decretorum amaritudine parendo
non tamen eos mitigari / quin acerbius se in dies
gerant / non obtinuisse / quod enim a se non pre
bitum illis obsequium / non phrigiam paphlagoniaq;
dimissis / non cappadocia filium echetum / quam
ume gentium victor occupauerat / captum tamen
sibi esse uis victoria abstulisse / quorum michi est nisi
bello quesitum / non regem bithinie ebersen in
quem lenatus arma decreuerat a se in gratiam illoꝝ
occisum / tamen michilominus imputari sibi scira
gordius uult nisi mithridatem faciat / libertatem etiam in con
tumeliam sui a senatu ultro delatam cappadocie / quā
reliquis gentibus abstulerunt. Dem populo cappado
cum pro libertate oblata gordium regem orantem
ideo tantum / quoniam inuentus sum esset / non obti
nuisse / micomedem precepto illorum bellum sibi
intulisse / quia ultum uenit / si mithridates ab ipsis uen
tum obuiam & nunc eam secum belandi illis causam
fore / quod non impune / sed micomedi lacerandum
saltatricis filio prebuerit. Quippe non delicta regum
illos / sed uires & maiestatem insequi / neq; in uno se
sed in alius quoq; omnibus hac semper arte grassatos /

sic & auum suum pharnacem per cognationum arbi-
tria succedaneum regi pergameno cumeni datum
sic rursus eumenem: cuius classibus primo in asiam
fuere transuecti: cuius exercitu magis q̃ suo & ma-
gnum & gallos in asia: & mox in macedonia regē
persei domuerant: & ipsum pro hoste habitum: eiq;
interdictum italia: & quod cum ipso deforme sibi
putauerat cum filio eius aristonico bellum gessisse.
Nullius apud eos maiora q̃ massinissae regis nummula-
rium haberi merita. huic imputari uictum hannibalē:
huic captum syphacem: huic carthaginem deletam:
huic inter duos illos africanos tertium seruatorem urbis
referri: tamen cum huius nepote bellum modo in
africa gestum adeo inexpiabile: ut ne uictum quidem
patris memoriae donaret: quin carcere ac triumphi spec-
taculum experiretur: hanc illos omnibus regibus le-
gem odiorum dixisse scilicet: qua ipsi tales reges ha-
buerunt: quorum etiam nominibus erubescant aut
pastores aborigenum: aut haruspices sabinorum: aut
exules corinthiorum: aut seruos uernasq; tuscorum
aut quod honoratissimum nomen sunt inter haec su-
perbos atq; ut ipsi ferunt conditores suos lupe uberib;
alitos: sic omnem illum populum luporum animos
inexplebilis sanguinis atq; imperii cupidarumq; au-
dos ac ferumos habere: se autem seu nobilitate illi com-
paretur clariorem illa collumne conuenarum esse: q
paternos maiores suos a cyro dario q conditoribus im-
perii macedonici referat: seu populus eorum confe-
ratur suo: earum se gentium esse: que non modo ro-

mano imperio sint pares: sed macedonico quoq; obstite-
rint: nulla subiectarum sibi gentium experte sint
peregrina imperia: nullis unquam nisi domesticis regib⁹
paruisse cappadociam uelint an paphlagoniam recen-
sere: rursus pontum an bythyniam: utemq; armeniam
maiorem minoremq; quarum gentium millam neq;
alexander ille, qui totam parauit asiam: nec quisquā
successorum eius aut posterorum attigisset: scythios
duos numquam ante se reges non pacare: sed intrare
ausos darium & philippum egre: inde fugam sibi ex-
pedisse: unde ipse magnam aduersus romanos partem
uirium haberet: multoq; se timidius ac diffidentius
bella pontica moresserit: cum ipse rudis ac tyro esset
scithie preter arma uirtutemq; animi locorum quoq;
solitudinibus uel frigoribus instructi: per quedenum
tiaretur ingens militie periculum ac labor: inter q̄s
difficultates ne spes quidem premii foret ex hoste
uago: nec tantum pecunie: sed etiam sedis inope: nē
se diuersam belli conditionem ingredi. Nam neq;
celo asie esse temperatius aliud: nec solo fertilius: nec
urbium multitudine amenius: magnamq; temporis
partem: non ut militiam: sed ut festum diem actu⁹
bello dubium facili magis an uberi si modo proximas
regni attalici opes: aut ueteres lidie ionieq; auctoritas
quas non expugnatum eant: sed possessum: tantumq;
se aurea expectat asia: ut etiam uocibus uocet: adeo
illis odium romanorum incussit rapacitas proconsu-
lum sectio publicanorum calumnie luxum: sequan-
se modo fortiter & colligant quid se duce possit effice-

tantus exercitus / quem sine cuiusquam militum auxi-
lio suam & unius opera uiderint cappadociam ceso re-
ge cepisse / qui solus mortalium pontum omnem sci-
thamq; pacauerit / quam nemo ante transire tuto
atq; adire potuit / nam uisi ne atq; liberalitatis sue
ne ipsos milites / qui experiantur testes refugere / &
illa indita habere / quod solus regum omnium nō
paterna solum / uerum etiam externa regna hereci-
tatibus propter munificentiam acquisita possideat
colchos paphlagoniam bosforum . Sic excitatis mi-
litibus postamos tres & ingenti simulatu regni in ro
ma bella descendit . At in egipto mortuo rege ptole-
meo ei qui cyrenis regnabat / per legatos regnum
& uxor cleopatra & fauore principum regina soror
ipsius defertur . Letus iocatur hoc solo ptolemeus / qđ
sine certamine fraterni regni recepisset / itaq;
quod subornari & a matre cleopatra & fauore prin-
cipum satis fratris filium cognouerat . Ceterum infe-
stus omnibus statim / ubi alexandriam ingressus est /
fautores pueri trucidari iussit / ipsum quoq; die nu-
ptiarum / quibus matrem eius in matrimonium reci-
piebat . inter apparatus epularum & solemnia reli-
gionum in complexu matris interficit / atq; ita
thorum sororis cede filii eius cruentus ascendit /
postq; non minor in populares / qui eum in regnum
uocauerant / fuit . Siquidem peregrinis militibus
licentia cedis data / omnia sanguine quotidie mana-
bant / ipsam quoq; sororem filia eius uirgine per-
um stupata & in matrimonium adscita repudiat

quibus rebus territus populus in diuersa labitur patriãq;
metu mortis exul relinquit. Solus igitur in tanta
urbe cum suis reliquis ptolemeus cum regem se non
hominum: sed nauarum urbium uideret edicto pe-
regrinos sollicitat: quibus confluentibus obuius lega-
romanorum scipioni africano & spurio ummio &
L. metello: qui ad inspiciendã sociorum regna ueniebant: procedit. Sed q̃ euentus eum bus: tam ridiculus
romanis fuit. Erat enim uultu deformis & statura bre-
uis & stagna uentris non hominis sed belue similis: +
quam fœditatem nimia subtilitas perlucide uestis au-
gebat. prorsus quasi astu aspiciendã preberentur:
que omni studio occultanda pudibundo uiro erant.
Post discessum deinde legatorum: quorum africani
dum inspicit urbem spectaculo alexandrinis fuit:
iam etiam peregrino populo inuisus cum filio: quem
ex sorore susceperat: & cum uxore matris pellicem
& in uisciarum tacitus in exilium proficiscitur: con-
tracto q; mercenario exercitu bellum sorori pariter
ac patrie infert. Arcessitum deinde maximum acy-
reneis filium: ne eum alexandrini contra se regem crea-
rent: interficit: tunc populus statuas eius & imagi-
nes detrahit: quod factum studio sororis existimas
filium: quem ex ea susceperat: interficit: corpusq;
in membra diuisum & in cista compositum matri die
natalis eius inter epulas offerri curat: que res non re-
gine tantum: uerum etiam uniuerse ciuitati acerba
& luctuosa fuit: tantumq; merorem festinissimo con-
uiuio intulit: ut regia omnis repentino luctu cederet.

Verso igitur studio principum ab epulis in exequias
membra lacerata populo ostendunt: & quid sperare
de rege suo cede filii demonstrant: finito luctu orbita-
tis cleopatra cum urgeri se fraterno bello uideret au-
xilium a demetrio rege syrie per legatos petit: cuius
& ipsius uarii & memorabiles casus fuere. Namq; de
metrius sicut supra dictum est cum bellum parthis in-
tulisset: multisq; congressionibus uictor fuisset / repē
te insidiis circumuentus amisso exercitu capitur. cu
arsacides parthorum rex magno & regio animo misso
in hircaniam non cultum tantum regum prestitit
sed & filiam in matrimonium dedit / regnumq; syrie
quod per absentiam eius tripho occupauerat restituturum promittit. Post huius mortem desperato reditu
non ferens captiuitatem demetrius priuatam & si
opulentam uitam pertesus tacitam in regnum fugam
meditatur hortatore illi & omnes comes callimander
amicus erat / qui post captiuitatem eius a syria per
arabie deserta ducibus pecunia comparatis parthico
habitu babillonem peruenerat. Sed fugientem fra-
bates / qui arsacide successerat / equitum celeritate
per compendios tramites occupatum retrahit: ut
est deductus ad regem callimandro quidem non
tantum ueniam: uerum etiam premium fidei da-
tum / demetrium autem & grauiter castigatum ad
coniugem in hircaniam remittit / arctioribus custo-
dibus obseruari iubet. Interiecto deinde tempore
cum fidem illi etiam suscepti liberi facerent / eodem
amico comite repetita fuga est: sed pari infelicitate

prope fines regni sui reprehenditur: ac denuo per
ductus ad regem: ut minus a conspectu summoneat.
Tunc quoq; uxori & liberis donatus in hircaniam
penalem sibi ciuitatem remittitur: talisq; aureis in
exprobationem puerilis lenitatis donatus. Sed hāc
parthorum tam mitem in demetrium clementiam
non misericordia gentis faciebat: nec respectus co-
gnationis: sed quod sirie regnum affectabant usu
ri demetrio aduersus antiochum fratrem pro ut res
uel tempus uel fortuna belli exegisset. his auditis
antiochus occupandum bellum ratus exercitu quē
multis finitimorum bellis indurauerat aduersus par-
thos ducit: sed luxurie non minor apparatus q̄
militie fuit: quippe octoginta milia armatorum
secuta sunt trecenta lixarum: ex quibus coquorum
pistorumq; maior numerus fuit. Argenti certe au-
riq; tantum: ut etiam gregarii milites auro caligas
figerent: proculcarentq; materiam: cuius amore po-
puli ferro dimicant. Culinarum quoq; argentea
instrumenta fuere: prorsus quasi ad epulas non ad
bellum pergerent. Aduenienti antiocho multi orien-
tales reges occurrere tradentes se regnaq; sua cum exe-
cratione superbie parthice: nec mora congressioni
fuit. Antiochus tribus preliis victor cum babillonam
occupasset magnus haberi cepit. teraq; ad eum omni-
bus populis deficientibus nichil parthis reliqui p̄ter
patrie fines fuit. Tum frahates demetrium in syriam
ad occupandum regnum cum partico presidio mittit
ut eo pacto antiochus ad sua tuenda a parthia reuoca-

retur. Interim quoniam urribus non poterat insidiis
antiochum ubiq; temptabat propter multitudinem
hominum exercitum suum antiochus per ciuitates
in hiberna diuiserat. que res exitu causa est fuit.
Nam cum grauari se copiarum prebitione & inutilis
multitudo ciuitates uiderent ad parthos deficiunt.
& die statuta omnes apud se diuisum exercitum
per insidias ne inuicem ferre auxilia possent. ag-
grediuntur. que cum nuntiata antiocho essent. an
tigilium proximis laturus cum ea manu. quem sec-
hiemabat progreditur. in tuenere obuium regem par-
thorum habuit. Aduersus quem fortius q̃ exercit'
eius dimicauit. sed postremum tamen cum uirtute
hostes uincerent. metu suorum desertus occiditur
cui frabates exequias regio more fecit filiam quoq;
demetrium. quam secum antiochus duxerat capt-
amore uirginis uxorem ducit. penitere deinde
dimissi demetrii cepit. ad quem retrahendum cum
turmas equitum festinato misisset. demetrium hoc
ipsum metuentem iam in regno inisi inuenerunt.
frustraq; omnia conati ad regem suum reuersi sunt.

34

Antiocho in parthia cum exercitu deleto. fra-
ter eius demetrius obsidione parthorum libe-
ratus ac restitutus in regnum. cum omnis f.
syria in luctu propter amissum exercitum
esset. quasi parthica ipsius ac fratris bella quibus alter
captus. alter occisus erat prospere egissent. ita egipto
bellum inferre statuit. regnum egipti cleopatra

socius pretium auxilii aduersum egipti fratrem suum
pollicetur / sed dum aliena affectat / ut assolet fieri
propria propter defectionem syrie amisit · Siquidem
antiocenses primi duce trifone execrantes superbiã
regis / que conuersatione parum nec crudelitatis intol
lerabilis facta erat / mox apamenis ceteresq; ciuitates
exemplum secute per absentiam regis a demetrio de
fecere · Ptolemeus quoq; rex egipti bello ab eodem
petitus cum cognouisset cleopatrãm sororem suam opi
bus egipti manibus impositis ad filiam & demetrium
generum in syriam profugisse / immittit nuncios quem
dam egiptium protharci negociatoris filium / qui regnum
syrie armis peteret / composita fabula / quasi per adoptio
nem anthiochi regis receptus in familiam regiam esset /
nec syris quemlibet regem aspernantibus / nec demetrii
superbiam paterentur nomen nuncii alexandri impon
tur / auxiliaq; ab egypto ingentia mittuntur · Interea
corpus antiochi interfecti a rege parthorum in locu
lo argenteo ad sepulturam in syriam remissum super
uenit / quod cum ingenti studio ciuitatum & regis
alexandri ad confirmandam fabule fidem excipitur
que res illi magnum fauorem populorum conciliauit
omnibus non fictas in eo / sed ueras lachrimas existi
mantibus · Demetrius autem iunctus ab alexandro
cum undiq; circumstantibus malis premeretur / ad
postremum etiam ab uxore filiisq; deseritur · Relict
igitur cum paucis seruulis cum tyrum religioni se
templi defensurus petisset / nauc egrediens prefecti
iussu interficitur · Alter ex filiis seleucus / quoniam

sine matris auctoritate diadema sumpsisset: ab eadem interficitur. Alter cui propter nasi magnitudinem cognomen griphos fuit: rex a matre eatenus constituitur: ut nomen regis penes filium: ius autem omnis imperii penes matrem esset. Sed alexander occupato syrie regno tumens successu rerum spernere iam etiam ipsum ptolemeum a quo subornatus in regnum fuerat superbi insolentia cepit. Itaq; ptolemeus reconciliata sororis gratia destruere alexandri regnum: quod odio demetrii urbibus suis acquisiuerat summis opibus instituit. Mittit igitur ingentia gripho auxilia & filiam trifinam gripho nuptiarum ut populos in auxilium nepotis non societate tantū belli: uerum & affinitate sua sollicitet: nec res frustra fuit. Nam cum omnes griphum instructum egipti urbibus viderent: paulatim ab alexandro deficere cepere. Fit deinde inter reges prelium quo victus alexander antiochiam profugit: ibi inops pecunie cum stipendia militibus deessent e templo iouis solidum ex auro signum victorie tolli iubet. facetis iocis sacrilegium circumscribens. nam victoriam commodatam sibi ab ioue esse dicebat. Interiectis deinde diebus cum ipsius aureum simulachrum infinita ponderis tacite uelli iussisset deprehensusq; a sacrilegio concursu multitudinis esset: in fugam uersus magna ui tempestatis oppressus ac desertus a suis latronibus capitur perductusq; ad griphum interficitur. Griphus porro recuperato patrio regno externisq; periculis liberatus insidias matris appetitur: que cum cupiditate dominationis

produto marito demetrio & altero filio interfecto.
huius quoq; uictoria inferiorem dignitatem suam fa-
tam doleret uenienti ab exercitatione poculum uene-
ni obtulit: sed gryphus perditissam ante insidiis uelut
pietate cum matre certaret: bibere ipsam iubet: ab-
nuenti instat: postremum prolato iudice eam arguit:
solam defensionem sceleris super esse affirmans si bibat
quod filio obtulit. Sic uicta regina scelere in se uerso
ueneno quod alii parauerat: extinguitur. Parta igit̃
regni securitate gryphus octo annis quietem & ipse ha-
buit & regno prestitit. Natus deinde illi est emulus
regni frater ipsius cyzicenus eadem matre genitus: sed
ex antiocho patruo susceptus: quem cum ueneno tollere
uoluisset: ut maturius armis cum eo de regno conten-
deret: excitauit. Inter has regni sirie parricidales di-
scordias moritur rex egypti ptolemeus regno uxori
& alteri ex filiis: quem illa legisset relicto uidelicet
quasi quietior egyptii status: quam sirie regnum esset
cum mater altero ex filiis electo alterum hostem ēet
habitura. Igitur cum prouor in minorem filium esset
a populo compellitur: maiorem eligere: cui prius q̃
daret regnum uxorem ademit: compulsumq; repu-
diare carissimam sibi sororem cleopatram minorem
sororem selenem ducere iubet: non materno inter fi-
lias iudicio cum alteri maritum eriperet: alteri daret.
Sed cleopatra non tam uiro repudiata quam a matre
diuortio uiri dimissa cyzeceno in syria nubit: eiq; ne
nudum uxoris nomen afferret: exercitum gryph
sollicitatum uelut dotalem ad maritum deducit. Par

igitur iam utribus fratris cyzeceni prelium commut-
tit: ac uictus in fugam uertitur. Tunc antiochiam
griphus, in qua erat cyzeceni uxor cleopatra obside
re cepit: qua capta triphena uxor griphi nichil an-
tiquius. q. sororem cleopatram requiri iussit: non
ut captiue opem ferret: sed ne effugere mala captiuita
tis posset: que sui emulatione in hoc potissimum regni
inuaserit: hostiq. se sororis nubendo hostem eius effe
cerit. Tunc peregrinos exercitus in certamina fra
trum adduco: tum repudiatam a fratre contra ma
tris uoluntatem extre egiptum nuptam accusat. con
tra griphus orare ne tam fedum facinus facere cogat
a nullo umquam maiorum suorum inter tot domesti
ca: tot externa bella post uictorias infemmas seue
rum: quas sexus ipse & periculis bellorum & seue
tie uictorum eximat. In hac uero preter communem
bellantium nefas: accedere necessitudinem sanguinis,
quippe ipsius: que tam cruente seuiat sororem &
quidem germanam esse: sum uero consobrinam
liberorum deinde communium materteram: his tot
necessitudinibus sanguinis adicit superstitionem tẽpli
quo abdita profugerit: tantoq. religiosius colendos
sibi deos: quo magis his propitiis ac fauentibus uicisset.
tum neq. occisa illa uirum se quicquam cyzeceno demp-
turum: nec seruaturum redditam: sed quanto gri-
phus abnuit: tanto mulieris pertinacia accenditur:
rata non misericordie hec uerba: sed amoris esse. Itaq.
uocatis ipsa militibus mittit: qui sororem confoderẽt:
qui ut in templum intrauerunt: cum euellere eam

non possent: manus amplexantis dee simulachrum
preciderunt. Tunc cleopatra execratione parricida-
rum mandata uolatis nimimbus ultionesiu decedit
Nec multo post repetita prelii congressione uictor
cizicenus uxorem griphi triphenam capit: que paulo
ante sororem interfecerat: eiusq, supplicio uxoris
manibus parentauit. At in egypto cleopatra cum gra-
uaretur socio regni filio ptolemeo populum in eum
incitat: abductaq, ei selene uxore eo quod ex sele-
ne iam duos filios habebat: exulare cogit: accersito
minore filio alexandro & rege in locum fratris consti-
tuto: nec filium regno expulisse contenta bello ci-
pri exulantem persequitur. Vnde pulso ducem
interficit exercitus sui: quod unum eum manib⁹
emisisset: quanquam ptolemeus uerecundia mater ni
belli non umbris minor ab insula recessisset. Igitur
alexander territus hac matris crudelitate: & ipse eam
relinquit: periculoso regno securam ac tutam uitam
anteponens. Cleopatra uero timens ne maior filius pto-
lemeus cum a cyzeceno ad reciperandum eoptum au-
xiliis uinaretur: ingentia gripho auxilia & selenem
uxorem nuptiuram hosti prioris mariti mittit: ale-
xandrumq, filium in regnum per legatos reuocat.
Cui cum occultatis insidiis exitium machinaretur:
occupata ab eodem interficitur: spiritumq, non fato
sed parricidio dedit: digna prorsus hac mortis infa-
mia: que & matrem thoro expulit: duas filias uiduas
altero fratrum matrimonio fecit: & filio alteri in
exilium acto bellum intulit: alteri adempto regno

exitium per insidias machinata est. Sed nec alexādro
cedes tam nefanda multa fuit. Nam ubi primum com-
pertum est scelere filii matrem interfectam concur
su populi in exilium agitur: reuocatoq; ptolemeo re
gnum reddant redditur quod neq; cum matre belli
gerere uoluisset neq; a fratre armis eius expellice su
sceptus repetere quod prior possedisset. Dum hec
aguntur frater eius ex pellice susceptus: cui pater cy
renarum regnum testamento reliquerat: herede po
pulo romano instituto decessit. Nam enim fortuna
romana porrigere se ad orientalia regna non con
tenta italie terminis ceperat. Itaq; & ea pars libie
prouincia facta est. & postea creta cilicia q; piratico
bello perdomite in formam prouincie redigiuntur.
quo pacto & sirie & egipti regna romana uicinitate
arctata. que incrementa de finitimis bellis querere
solebant: adempto uagandi arbitrio uires suas in
pernitiem mutuam conuerterunt: adeo ut assiduis
preliis consumpte in contemptum finitimorum ue
nerint: predeq; arabum genti imbelli antea fuerint:
quorum rex hieronimus fiducia septingentorum fi
liorum. quos ex pellicibus susceperat: diuisis exerci
tibus nunc egiptum nunc siriam infestabat: magnūq;
nomen arabum urribus finitimorum exanguibus
fecerat.

40 Mutuis fratrum odiis. & mox filiis inimico-
rum parentum succedentibus cum in ex-
piabili bello reges & regnum sirie consum
ptum esset. ad externa populus auxilia

concurrit. peregrinosq; sibi reges circumspicere cepit.
Itaq; cum pars mitridatem ponticum pars ptolemeū
ab egipto arcessendum censeret. occurreretq; quod
& mitridates implicatus romano bello esset. ptolemeus
quoq; hostis semper fuisset syrie. omnes in tigranem
regem armenie consensere. nstructum preter
domesticas uires & parthica societate. & mitridatis
affinitate. Igitur accitus in regnum sirie per decem
& octo annos tranquillissimo regno potitus est. neq;
bello alium lacessere. neq; lacessitus inferre alii
bellum necesse habuit. Sed sicut ab hostibus siria
tuta fuit. ita terremotu uastata est. quo centum
septuaginta milia hominum & urbes perierunt mul
te. quod prodigium mutationem rerum portende
aruspices responderunt. Igitur tigrane a lucullo uic
to rex sirie antiochus cyzeceni filius ab eodem lucul
lo appellatur. Sed quod lucullus dederat. postea
ademit pompeius. qui poscenti regnum respondit
ne uolenti quidem syrie ne dum recusanti daturum
se regem. qui decem & octo annis. quibus tigranes
siriam tenuit mangulo cilicie latuerit. Victo aūt
eodem tigrane a romanis alieni operis prema po
stulet. Igitur non habenti regnum non ademerit.
ita quo cesserit tigrani non daturum se regnum
quod tueri nesciat. nerursus siriam iudeorum &
arabum latrociniis infestam reddat. atq; ita siriam
in prouincie formam redegit. paulatimq; orient
romanorum consanguineorum discordia factus
est.

PArthi penes quos uelut diuisione orbis cum romanis facta: nunc orientis imperium est, scitharum exules fuere: hoc etiam ipsorum uocabulo manifestatur: nam scythico sermone exules parthi dicuntur: hi & assiriorum & medorum temporibus inter ortentis populos & obscurissimi fuere: postea quoq; cum imperium orientis a medis ad persas translatum est uelut sine preda uictorum fuere: postremo macedonibus triumphato oriente seruierunt: ut cui uis mirum uideatur ad tantam eos felicitatem per uirtutem processisse ut imperent gentibus sub quarum imperio uelut seruile uulgus fuere. A romanis quoq; trimis bellis per maximos duces florentissimis temporibus lacessiti: non ex omnibus gentibus non pares solum: uerum etiam uictores fuere: quanquam plus glorie sit inter assiria: media: persica q; memorata olim regna: ut opulentissimum illud urbium bactrianum imperium emergere potuisse quam longinqua bella uicisse. Preterea cum omnibus scythicis & uicinalibus bellis assidue uexatu uariis periculorum certaminibus urgerentur: hi domesticis seditionibus scythia pulsi solitudines inter hircaniam: & dahas & areos & sparthanos & margianos furtim occupare fines: deinde non intercedentibus primo finitimis: postea etiam prohibentibus in tantum propulere: ut non immensa tantum ac profunda camporum: uerum etiam preruptа collium mon-

tumq; arcua occupauerint. Ex quo fit ut parthie
pleraq; finium aut estus aut frigoris magnitudo pos
sideat / quippe cum montis nix campos estus infe
stet. Administrato gentis post defectionem mace
donici imperii sub regibus fuit proxima maiestati
regum populorum ordo est. Ex hoc duces in bello /
ex hoc in pace uictores habent. Sermo his inter
scythicum medicumq; medius & utrumq; mixtus /
uestis olim fuit moris / poste quam accessere opes &
mediis perlucida ac flancia / armorum patrius ac
scythicus mos exercitum non italie gentes libe
rorum / sed maiorem partem seruitiorum habent /
quorum uulgus nullum imperandi potestate
permissa. Ac per hoc imbus seruus nascentibus in
dies crescit / hos pari ac liberos suos cura habent
& equitare & sagittare magna industria docent lo
culpletissimus ut quis est / ita plures in bella eqtes
regi suo prebet. Denq; antonio bellum parthis
inferenti / cum quinquaginta milia equitum occur
rissent / soli quadringenti liberi fuere. Communis
in acie prelium / ut obsessas expugnare urbes nescii
pugnant aut procurrentibus equis / aut uerga dan
tibus sepe etam fugam simulant / ut incautiores aduer
sum uulnera insequentes habeant. Signum his in pre
lium non tuba / sed tympana datur / nec pugnare
diu possunt / ceterum intolleranda forent / si quanta
his est in impetu uis tanta & perseuerantia esset /
plerumq; in ipso ardore certaminis prelia deserunt
ac paulo post pugnam ex fuga repetunt / ut eum

maxime uicisse te putes: tunc tibi discrimen subeun-
dum sit. Mummentum ipsi se quisq; lorice plumata
erant: que utrunq; toto corpore tegunt: aurī argētiq;
nullius nisi in armis usus: oloris dulcedinē uarie li-
bidinis singuli plures habent: nec ulli delicta adul-
teri grauius uindicant: quam obrem feminis non
conuiuia tantum uirorum: uerum etiam conspectum
interdicunt. Carne non nisi uenatibus capta uescūt
equis omni tempore uectantur. Illis bella: illis con-
uiuia: illis publica ac priuata officia obeunt: super
illos ire consistere mercari: colloqui: hoc denique
discrimen inter seruos liberosq; est: quod serui
pedibus: liberi non nisi equis incedunt. Sepultura
uulgo aut aurum aut carnium lamatus est: nuda
demum ossa terra obruunt. In superstitionibus ad
curam deorum precipua omnibus ueneratio est. In-
genia genti timida: seditiosa: fraudulenta: procacia:
quippe uolentiam uiris: mansuetudinem mulieribus
assignant. Semper aut in externos: aut in domesti-
cos motus inquieti: natura taciti ad faciendum q̄
ad dicendum promptiores. Proinde secunda aduer-
saq; silentio tegunt: principibus metu non pudore
parent. In libidinem proiecti in cibum pareī fides
ducti: promissiq; nulla nisi quatenus expedit. Post
mortem alexandri magni cum inter successores ei⁹
orientis regna diuiderentur nullo macedonum di-
gnante parthorum imperium stagnanori externo so-
cio traduntur. In postea deductis macedonibus in
bellum ciuile cum ceteris superioris asie populis +

eumenen ſecuti ſint / quo uicto ad antigonum tran-
ſiere / poſt hunc antecatore ſeleuco / ac mox ab antio-
cho & ſucceſſoribuſ eius poſſeſſi / a cuius pronepote
ſeleucho primum defecere / primo punico bello ma-
nilio buſſone / attilio regulo conſulibuſ / huius defec-
tionis impunitatem illis duorum fratrum regum
ſeleuci & antiochi diſcordia dedit / qui dum inuicē
eripere ſibi regnum uolunt / perſequi defectoreſ omi-
ſerunt . Eodem tempore etiam theodotus mille ur-
bium bactrianarum prefectus defecit / regemq; ſe
appellari uuſſit / quod exemplum ſecuti totius orien-
tis populi a macedonibuſ defecere . Erat eo tempore
arſaceſ urſ ſicut incerte originis ita uirtutis exper-
his ſolutus latrociniis & rapto uiuere / accepta opinioē
ſeleuchum a gallis in aſia uictum / ſolutus regis metu
cum predonum manu parthos inoreſſos prefectum
eorum mandragoram oppreſſit / ſublatoq; eo impe-
rium gentis inuaſit . Non magno deinde poſt tem
pore hircanorum quoq; regnum occupauit / atq; ita
duarum ciuitatum imperio preditus grandem exer-
citum parat / metu ſeleuci & theodoti bactrianorum
regis / morte theodoti / metu liberatus cum filio eius
& ipſo theodoto fedus ac pacem fecit / nec multo poſt
cum ſeleuco rege ad defectoreſ perſequendos uemente
congreſſus uictor fuit / quem diem parthi exinde
ſolempnem uelut initium libertatis obſeruant . Re-
uocato deinde ſeleuco nouis motibus in aſiam dato
laxamento regnum parthicum format / militem
legit / caſtella munit / ciuitateſ firmat / urbem

quoq, nomine daram in monte aperteno condit / cuius
loci ea conditio est / ut neq, munitius quicquam esse
neq, amenius possit. Ita enim & preruptis rupibus
undiq, cingitur / ut tutela loci nullis defensoribus
egeat / & soli circumiacentis tanta ubertas est / ut
propriis opibus expleatur. Nam fontium ac siluarum
rum ea copia est / ut & aquarum abundantia irri-
getur / & uenationis uoluptatibus exornetur. Sic
arsaces quesito simul constituto q regno non minus
memorabilis parthis q persis cyrus / macedonibus
alexander / romanis romulus matura senectute de-
cedit. Cuius memorie parthi hunc honorem tri-
buerunt / ut omnes exinde reges suos arsaces noie
nuncupent. Hunus filius & successor regni arsaces
& ipse nomine aduersus antiochum seleuci filium
centum milibus peditum & uiginti milibus equitum
instructum mira uirtute pugnauit. Ad postremū
in societatem eius assumptus est. Tertius parthis rex
priapatius fuit / sed & ipse arsaces dictus / nam sicut
supra dictum est omnes reges suos hoc nomine sicut
romani cesares augustosq, cognominauere. Hic actis
in regno quindecim annis decessit / relictis duobus
filiis mitridate phraate / quorum maior phraates
more gentis heres regni mar dos ualidam gentem
bello domuit / nec multo post decessit / pluribus fi-
liis relictis / quibus preteritis fratri potissimum mi-
tridati insignis uirtutis uiro reliquit imperium /
plus regio q patrio deberi nomini ratus / potiusq
patrie quam liberis consulendum. Eodem ferme

tempore sicut in parthis mitridates: ita in bactris
eucratides eucratides magni uterq; uiri regna meuit
Sed parthorum fortuna felicior ad summum hoc
duce imperii fastigium eos perduxit. bactriani
autem per uaria bella iactati non regnum tantum
uerum etiam libertatem amiserunt. Siquidem
sogdianorum & aracatorum & drangianorum
indorumq; bellis fatigati ad postremum ab inma
lidiorum parthis uelut exangues oppressi sunt.
multa tamen eucratides bella magna uirtute gessit
quibus attritus cum obsidionem demetrii regis indo
rum pateretur: cum trecentis milibus sexaginta mi
lia hostium assiduis eruptionibus uicit: quinto itaq;
mense liberatus indiam in suam potestatem redegit
Vnde cum se reciperet a filio: quem socium regni
fecerat: haud uere interficitur: qui non dissimula
to parricidio uelut hostem non patrem interfeci
set. & per sanguinem eius currum egit: & corpus
abici insepultum iussit. Dum hec apud bactros ge
runtur inter parthos & medos bellum oritur. Cum
uarius utriusq; populi casus fuisset: ad postremum
uictoria penes parthos fuit: his uiribus auctus mitri
dates medie uagasin preponit: ipse in hircaniam
proficiscitur. Inde reuersus bellum cum uelymeorū
rege gessit: quo uicto hanc quoq; regno adiecit: im
perium q; parthorum a monte caucaso multis popo
lis in ditionem redactis usq; flumen euphraten protulit
atq; ita aduersa ualitudine arreptus non minor arsace
pronio gloriosa senectute decedit.

42. Post necem mitridatis parthorum regis phraates filius rex constituitur: qui cum inferre bellum in ultionem temptasi ab antiocho parthici regni syrie statuisset: & scitharum motib' ad sua defendenda reuocaretur: namq; scithe in auxilium parthorum aduersus antiochum syrie regem mercede sollicitati: cum confecto bello iam peruenissent: & calumnia tardius lati auxilii mercede fraudarentur dolentes tantum uteris frustra emensum uel alium hostem dari sibi poscerent superbo responso offensi fines parthorum uastare ceperunt. Igitur phraates cum aduersus eos proficisceretur ad tutelam reliquit humerum quendam pueritie sibi flore conciliatum: qui tirannica crudelitate oblitus & uite preterite & uicarii officii babilonem multasq; alias ciuitates importune uexauit. Ipse autem phraates exercitum grecorum: quem bello antiochi captum superbe crudeliterq; tractauerat: in bellum secum ducit immemor; prius quod hostiles eorum animos nec captiuitas minuerat: & insuper inuitarum indigmitas exacerbauerat. Itaq; cum inde iam scitharum aciem uidissent: arma ad hostes transtulere: & diu cupitam captiuitatis ultionem exercitus parthici & ipsius phraatis regis cruenta cede executi sunt. In cuius locum artabanus patruus eius rex constituitur. Scythe autem contenti uictoria depopulata parthia in patrium reuertuntur. Sed & artabanus bello thocariis illato in brachio uulneratus statim decedit: huic mitridates filius succedit: cui res gesta

magni cognomen dedere. quippe claritate parentum
emulatione uirtutis accensus animi magnitudine
supergrediturr. Multa igitur bella cum finitimis ma
gna uirtute gessit: multosq; populos parthico regno ad
didit. Sed & cum scithis prospere aliquotiens dimica
uit: ultorq; iniurie parentum fuit. ad postremum ar
thoadisth armenorum regi bellum intulit. Sed qm̄
in armeniam transitum facimus: origo eius paulo alti⁹
repetenda est. neq; enim silentio tantum regnum
preterire fas est: cum fines eius post parthiam omniū
regnorum magnitudinem superent. Siquidem ar
menia a cappadocia usq; ad mare caspium undecies
centum milia patet: sed al̄ in altitudinem milia se
ptenginta passuum porrigitur. Condita est autem ab
armenio iasonis thessali comite. quem cum perdere
propter insignem periculosamq; regno suo uirtutem
pelias rex cuperet: denuntiata militia in colchos abire
iubet: pellemq; arietis memorabilem gentibus repor
taret. sperans interitum uiri aut ex periculis tam
longe nauigationis: aut ex bello tam profunde barba
rie. Igitur iason diuulgata opinione tam gloriose
expeditionis: cum ad eum certatim principes ciuita
tis totius ferme urbis concurrerent: exercitum fortis
simorum uirorum: qui argonaute cognominati sunt:
comparauit: quem cum magnis rebus gestis incolumē
reduxisset: rursum apelie filiis thessalia magna ui
pulsis cum ingenti multitudine: que ad famam uir
tutis eius ex omnibus gentibus quotidie confluebat
comite medea uxore: quam repudiatam miseratione

exalii rursum receperat: & medo priuigno ab egeo
rege athenensium genito colchos repetiit: socerũq;
etiam regno pulso restituit. Magna deinde bella
cum finitimis gessit: captasq; ciuitates partim reg
socero ad abolendam superioris militie iniuriam
qua filiam eius medeam abduxerat: & filium egia
lium interfecerat: adiunxit: partim populis quos
secum adduxerat: assignauit: primusq; humanorũ
post herculem & liberum patrem: qui reges orien-
tis fuisse traduntur: eam celi plagam dominisse
dicitur: populis quibusdam frigium & amphistratũ
aurigas castoris & pollucis duces assignauit: cum
albanis fedus percussit: qui herculem ex italia ab
albano monte cum gerione extincto armenta eius
per italiam duceret: secuti dicuntur: quiq; memores
italice originis exercitum. gn. pompei bello mitri-
datico fratres salutauere. Itaq; iasoni totius ferme
orientis: ut conditori diuinos honores templa consti-
tuit: que parmenion dux alexandri magni post
multos annos diruu iussit: ne cuiusquam nomen i
in oriente uenerabilius q̃ alexandri magni esset:
Post mortem iasonis medus emulus uirtutum eius
in honorem matris mediam urbem condidit: re-
gnumq; ex nomine suo medorum constituit: sub
cuius maiestate orientis postea imperium fuit alba-
nis uicine amazones sunt: qua multi quarum regina
thalastrem concubitum alexandri petisse multi auc
tores prodidere. Armenius quoq; & ipse thessalus un?
de numero ducum iasonis recollecta multitudine: q̃

amisso iasone rege passim uagabatur armeniam con-
didit: a cuius montibus tigris fluuius modicis primo
incrementis nascitur: interiecto deinde aliquanto
spatio sub terras mergitur, atq; ita post quinq; &tui-
gintu milia passuum grande iam flumen in regione
sofena mergit: ac sic in paludes eufrates rę recipitur.
Igitur mitridates rex parthorum post bellum arme-
nie propter crudelitatem a senatu parthico regno
pellitur frater eius herodes cum regno uacans occu-
passet babillonam, quo mitridates confugerat: diu
obsedit & fame coactos in deditionem opidanos com-
pellit: mitridatis autem fiducia cognationis ultro se
in potestatem herodis tradit. Sed herodes plus hostē
q̄ fratrem cogitans in conspectu suo trucidari iussit:
& post hoc bellum cum romanis gessit: crassumq; im-
peratorem cum filio & omni exercitu romano de-
leuit. huius filius pacorus missus ad persequendas
romani belli reliquias magnis rebus in syria gestis
in parthiam patri suspectus reuocatur, quo absente
exercitus parthorum relictus in syria a cassio q̄store
crassi cum omnibus ducibus trucidatur. his itaq;
gestis non magno post tempore romanis inter ce-
sarem pompeiumq; ciuile bellum oritur. in quo
parthi pompeianarum partium fuere, & propter
amicitiam cum pompeio bello mitridatico iunctam
& propter crassi necem, cuius filium in partibus ce-
saris esse audierant: quem ultorem patris uictore ce-
sare futurum non dubitabant. Itaq; uictis partibus
pompeianis & cassio & bruto auxilia aduersus au-

gustum & antonium misere: & post belli finem
rursum pacato duce mita cum labieno societate
siriam & asiam uastauere: castraq; uentidii / qui post
cassium absente pacoro exercitum parthicum fude-
rat: mole magna aggrediuntur. Sed ille simulato
timore diu continuit se / & insultare parthos aliquan-
tis perpassus est: ad postremum incautos & letos
partem legionum immisit: quarum impetu fusi par-
thi in diuersa abiere / pacorus cum fugientes suos ab-
duxisse secum legiones romanas putaret / castra uen-
tidii ueluti sine defensoribus aggreditur. Tum uen-
tidius reliqua parte legionum emissa uniuersam
parthorum manum cum rege ipso pacoro interfecit:
nec ullo bello parthi unquam manus uilius accepe-
runt: hec cum in parthia nuntiata sunt: herodes
pater pacori / qui paulo ante uastatam syriam occu-
patam asiam a parthis audierat: uictoremq; pacorū
romanorum gloriabatur repente filii morte / &
exercitus clade audita ex dolore in furorem uertit
multis diebus non alloqui quemquam / non cibum
sumere / non uocem emittere / ita ut etiam mut⁹
factus uideretur / post multos deinde dies / ubi dolor
uocem laxauerat / nichil aliud q̄ pacorum uocabat
pacorus illi uideri audiri uidebatur / cum illo con-
sistere / interdum quasi amissum flebiliter dolebat
post longum deinde luctum alia sollicitudo miseran-
dam finem imposuit / quem ex numero triginta fi-
liorum in locum pacori regem destinet. Multe pel-
lices / ex quibus generata tanta iuuentus erat pro suis

queq; sollicite animum seni⁹ obsidebant: sed fatum
parthie fecit: in qua iam quasi solemne est reges par
tricidas h; haberi: ut sceleratissimus omnium & ipse
phraates nomine rex statueretur. Itaq; statim triginta
quasi nollet mori patrem interficit: fratres quoq; om
nes triginta trucidat. Sed nec in fratribus cessant pa
tricidia. Iam cum infestos sibi optimates propter
assidua scelera videret: nec esset qui nominari rex
posset: adultum aduersus se filium interfici iubet. huic
antonius propter auxilium aduersus se & cesarem la
tum bellum cum sedecim ualidissimis legionibus in
tulit: sed grauiter multis preliis uexatus a parthis
refugit: qua uictoria insolentior redditus frabates
cum multa crudeliter consuleret in exilium a populo
suo pellitur. Itaq; cum magno tempore finitimas ci
uitates ad postremum scythas precibus fatigasset: sci
tharum maximo auxilio in regnum restituitur. hoc
absente rege parthi tiridatem quendam constitue
rant: qui audito aduentu scitharum cum magna
amicorum manu ad cesarem in hispania bellum tunc
temporis gerentem confugit: obsidem cesari mi
mum phraatis filium ferens: quem negligentius cu
stoditum rapuerat. quo cognito phraates legatos
statim ad cesarem mittit. seruum tyridatem suum
& filium remitti sibi postulat. Cesar & legatione
phraatis audita & tiridatis postulatis cognitis nam
& ipse restitui in regnum desiderabat uiris romano
rum futuram parthiam affirmans si eius regnum
muneris eorum fuisset: neq; tiridatem deditorum

se parthis dixit / neq; aduersus parthos tiridati auxi
lia daturum ne tamen per omnia nichil a cesare ob
tentum uideretur & phraati filium sine pretio remi
sit / & tiridati quoad manere apud romanos uellet /
opulentum simptum preberi iussit. Post hec finito
hispaniensi bello / cum in primis ad componendum
orientis statum uenisset / metum phraati incussit /
ne bellum parthis uellet inferre / itaq; tota parthia
captiua ex crassiano siue antonii exercitu recollecti
sionaq; cum his militaria augusto remissa. Sed &
filii nepotesq; phraatis obsides augusto dati. plusq; ce
sar magnitudine sui nominis fecit / q; armis facere
alius imperator potuisset.

43. PArthicis orientalibusq; ac totius prope orbis
rebus explicitis / ad mutia romane urbis trog⁹
ueluti post longam peregrinationem domum
reuertitur / ingrati cuius officium exhibuisse
sicuti omnium gentium res gestas illustrauerat / de
sola tantum patria taceat. Breuiter igitur mutia roma
ni imperii perstringit / ut nec modum propositi ope
exceedat / nec utiq; originem uerbis / que est caput
totius orbis silentio pretermittat. Italie cultores primi
aborigines fuere / quorum rex saturnus rex tante
iustitie fuisse dicitur / ut neq; quis seruierit sub illo /
nec quicquam priuate rei habuerit / sed omnia cōmu
nia & indiuisa omnibus fuerint / ueluti unum cunc
tis patrimonium esset. Ob cuius exempli memoriam
cautum est / ut saturnalibus exequato omnium ure

passim cum dommis incommunis seruu recumbant: itaq;
italia regis nomine saturnia appellata: & mons in quo
habitabat saturnus: in quo nunc pelum a ioue pulso
sedibus suis saturno capitolium est. Fost hunc terno
loco regnasse faunum ferunt: sub quo euander ab
arcadie urbe pallanteo in italiam cum mediocri turba
populariu uenit: cui faunus & agros & montem
quem ille postea palatium appellauit: benigne assigna
uit. In huius radicibus templum luceo: quem greci pana
romani lupercum appellant. constituit: ipsum dei
simulacrum nudum caprina pelle amictum est: quo
habitu nunc rome lupercalibus decurritur. Fauno
uxor fuit nomine fatua: que assidue diuino spiritu
impleta ueluti per furorem futura premonebat. Vñ
adhuc qui inspirari solent fatuari dicuntur. Ex filia
fauni & hercule: qui eodem tempore exacto geno
ne armenta uictorie premia per italiam ducebat
simpro conceptus latinus procreatur: quo tenente
regnum eneas ab ilio troia a grecis expugnata in
italiam uenit: statimq; bello exceptus cum in aciem
exercitum eduxisset: ad colloquium uocatus tantam
admirationem sui latino prebuit: ut in societatem
regni reciperetur: & lauinia in matrimonium ei
data generasceret. Post hec commune utriusq;
bellum aduersus turnum regem rutulorum propter
fraudatas lauinie nuptias fuit: in quo & turnus &
latinus interiere. Igitur cum eneas iure uictorie
utroq; populo potiretur: urbem ex nomine uxoris
lauiniam condidit: bellum deinde aduersus meſen

tium etruſcorum regem geſſit. In quo cum ipſe ce-
ciduſſet in locum eius aſcanius filius ſucceſſit: qui la-
uinio relicto longam albam condidit: que trecentis
annis caput regni fuit. Poſt multos deinde huius
urbis reges ad poſtremum numitor & amulius re-
gno potiti ſunt. Sed amulius cum in etate potiorē
numitorem oppreſſiſſet: filiam eius ream in perpe-
tuam uirginitatem nequis unde ex regni uiris ſex⁹
exgente numitoris oriretur: demerſit: adduta
iniurie ſpetie honoris: ut non damnata/ ſed ſacer-
dos electa uideretur. Igitur clauſa in loco martis
ſacro duos pueros incertum ſtupro an ex marte
conceptos enixa eſt: quo cognito amulius multi-
plicato metu pro euentu duorum pueros exponi
iubet/ & puellam uinculis onerat: exquorum
iniuria deceſſit. Sed fortuna origini romane pro-
ſpiciens/ pueros lupe alendos obtulit: que amiſſis
catulis diſtenta ubera exinanire cupiens/ nutricem
ſe infantibus prebuit. Cum ſepius ad parunlos uelu-
ti ad catulos reuerteretur: rem fauſtulus paſtor
animaduertit: ſubtractosq; fere inter greges pecorū
agreſti uita nutriuit: martios pueros fuiſſe/ ſiue qd
in loco martis eſt nutriti: uelut manifeſtis argumētis
creditur. Nomina pueris alteri remo: alteri romu-
lo fuere. Adultis inter paſtores de uirtute quotidia-
na certamina & uires & pernicitatem auxere.
Igitur cum latrones a rapina pecorum induſtrie
frequenterq; ſubmouerent: remus ab hiſdem la-
trombus captus: & uelut ipſe eſſet/ quod in aliis

prohibebat / regi offertur / crimini datur quasi gre
ges numitoris infestare solitus esset. Tunc a rege numi
tori inultionem traditur / sed numitor adolescentia
iuuenis permotus & in suspictionem expositi nepo
tis adductus / cum eum nunc limamentorum filie
similitudo / nunc etas expositionis temporibus con
gruens anxium tenerent / repente faustulus cum ro
mulo superuenit / a quo origine cognita puerorum
facta conspiratione & adolescentes in ultionem ma
terne necis & numitor in inductam erepti regni
armantur / occisoq. amulio regnum numitori re
stituitur / & urbs romana ab adolescentibus condi
Tunc & senatus centum seniorum / qui patres dicti
sunt / constituuntur. Tunc & lucinis connubia pa
storum dedignantibus uirgines sabine rapiuntur /
finitimisq. populis armis subiectis / primo italie &
mox orbis imperium quesitum per ea tempora adhuc
reges hastas pro diademate habebant / quas greci sceptra
dixere. Nam & aborigine rerum pro diis immorta
libus ueteres hastas coluere / ob cuius religionis me
moriam adhuc deorum simulachris haste adduntur.
Temporibus tarquinii regis exalia phocensium iu
uentus hostio tiberis inuecta amicitiam cum roma
nis iunxit - Inde in ultimos galhe sinus nauibus
profecta massiliam inter ligures & feras gentes
gallorum condidit - magnasq. res siue dum armis
se aduersus gallicam feritatem tuentur / siue dum
ultro lacessiunt / a quibus fuerant antea lacessiti ges
serunt - Hancq. phocenses exiguitate ac macie terre

coacti studiosius mare q̄ terras exercuere: piscando
mercandoq; etam latrocinio maris: quod illis tempo-
ribus gloriae habebatur uitam tollerabant. Itaq; in
ultimam oceani oram procedere ausi: in sinum
gallicum hostio rhodani amnis deuenere: cuius lo-
ci amenitate capti: reuersi domum referentes: que
uiderant: plures sollicitauere duces clarissimos &
potius fuere. Itaq; regem segobriorum senatum
nomine: in cuius finibus urbem condere gesti-
bant: amicitiam petentes conueniunt. Forte eo
die rex occupatus in apparatu nuptiarum gnatae
finem erat: quam more gentis electo inter epulas
genero nuptum tradere illic parabat. Itaq; cum
ad nuptias inuitati omnes processissent: vocantur
etiam greci hospites ad conuiuium: introducta
deinde turba: cum biberetur a patre aquam ei por-
rigere: quem unum elegerat: tunc omissis omni-
bus ad grecos conuersa aquam porrigit: qui
factus ex hospite gener locum condendae urbis
a socero accepit. Condita igitur massilia est prope
hostia rhodani amnis in remoto sinu uelut in angu-
lo maris. Sed ligures incrementis urbis inuiden-
tes grecos assiduis bellis fatigabant: qui pericula
propulsando in tantum enituerunt: ut uetus hosti-
bus in captum agris multas colonias constituerunt.
Ab his igitur galli & usum uitae cultioris deposita
ac mansueta facta barbaria & agrorum cultus &
urbes membris cingere didicerunt. Tunc & legib⁹
non armis uiuere: tunc & uitem putare: tunc &

oluuam ferere consueuerunt / adeoq; magnus & hominibus & rebus impositus est nitor: ut non greci in galliam emigrasse: sed galli in greciam transmigrauerint. Quorum rege Semano sogobrionum ad quem locus acceptus condende urbis fuerat: cum regno filius eius comanus successisset: affirmante quodam regulo quandoq; massiliam exitio finitimus populus futuram: opprimendamq; in ipso ortu: ne mox ualidior ipsum obrueret. Submecbit & illam fabulam catum aliquando partu grauidam locum a pastore precario petisse: in quo parceret: quo obtento iterato petisse: ut sibi educare in loco catulos liceret. Ad postremum adultis catulis fuisse domestico presidio proprietatem loci sibi uindicasse: non aliter massilienses: qui nunc inquilini uideantur dominos quandoq; regionum futuros his incitatus rex insidias massiliensibus instruit: itaq; solemni florahorum die multos fortes & strenuos uiros hospitii iure in urbem misit: plures sirpus latentes frondibusq; supertectos inducit ne hic aliis iuber ipse cum exercitu in proximis montibus delitescit: ut cum nocte a predictis aperte porte forent tempestiue ad insidias adesset: urbemq; somno ac uino sepultam armatus inuaderet. Sed has insidias quam mulier regis cognata prodidit: que adulterari cum greco adulescente assolita complexu unius misserata forme eius insidias aperuit: periculumq; declinare iubet. Illuc rem statim ad magistratus defert: itaq; ita patefactis insidiis cum[ctis] ligneis

comprehenduntur: latentesq; desirpus protrahunt:
quibus omnibus interfectis insidianti regi insidie ten
duntur: cesa cum ipso rege hostium septem milia. Ex
inde massilienses festis diebus portas claudere: uigilias
agere: stationes in muris obseruare: peregrinos reco
gnoscere: curas habere: ac ueluti bellum habeant
sic urbem pacis temporibus custodire: adeo illis bene
instituta non temporum necessitate: sed recte facien
di consuetudine seruantur. post hec magna cum li
guribus: magna cum gallis fuere bella: que res &
urbis gloriam auxit: & uirtutem grecorum mul
tiplicata uictoria celebrem inter finitimos reddidit.
Carthaginensium quoq; exercitus cum bellum capti
piscatorum nauibus ortum esset: sepe fuderunt: pa
cemq; uictis dederunt: cum hispanis amicitiam iun
xerunt: cum romanis prope ab initio condite urbis
fedus summa fide constituerunt: custodierunt: au
xiliisq; in omnibus bellis industrie iuuerunt: que
res illis & urbium fiduciam auxit: & pacem ab ho
stibus prestitit. Cum igitur massilia & fama rerum
gestarum & abundantia opum & urbium gloria
urente floreret: repente finitimi populi ad nomen
massiliensium delendum uelut ad commune extin
guendum incendium concurrunt. Dux consensu
omnium catumandus regulus eligitur: qui cum
magno exercitu lectissimorum uirorum urbem
hostium obsiderat: per quietem spetie torue mulie
ris: que se deam dicebat exterritus: ultro pacem
cum massiliensibus fecit: petitoq; ut intrare illi

urbem & deos eorum adorare liceret cum in arcem
minerue uemisset conspecto in porticibus simula-
cro dee / quam per quietem uiderat / repente ex-
clamat illam esse / que se nocte exterruisset / illam q;
recedere ab obsidione uisisse / gratulatus massilien-
sibus / quod animaduerteret eos ad curam deorum im-
mortalium pertinere / torqueq; aureo donata dea
in perpetuum amicitiam cum massiliensibus iunxit
parte pace & securitate fundata reuertentes a delphis
massiliensium legati / quo missi munera apollini tu-
lerant / audierunt urbem rom a gallis captam incen-
samq; / quam rem domi nuntiatam publico funere
massilienses prosecuti sunt / aurumq; & argentum
publicum priuatumq; contulerunt ad explendum
pondus gallis / a quibus ademptam pacem cognoue-
rant / ob quod meritum & immunitas illis decreta
& locus spectaculorum in senatu datus / & fedus equo
iure percussum In postremo libro trogus maiores suos
a uocontius originem ducere / proauum suum tro-
gum pompeium sertoriano bello ciuitatem a gn.
pompeio percepisse / patruum mitridatico bello tur-
mas equitum sub eodem pompeio duxisse patrem q;
sub c. cesare militasse epularumq; & legationum
simul & annuli curam habuisse

Hispania siculi europe terminos claudit / ita & ++.
huius operis finis est futura / hanc ueteres at
hibera / amne primum hiberam postea ab hi-
spano hispaniam cognominauerunt / hec inter

africam & galliam posita occeani freto & pireneis
montibus clauditur sicut minor utraq; terra ita
utraq; fertilior. Nam neq; ut africa violento sole
torretur / neq; ut gallia assiduis ventis fatigatur /
sed media inter utranq; hinc temperato calore / inde
felicibus & tempestuis imbribus in omnia frugum
genera fecunda est / adeo ut non ipsis tantum inco-
lis / uerum etiam italie urbiq; romane cunctarum
rerum abundantiam sufficiat. Hinc enim non
frumenti tantum magna copia est / uerum etiam
uini mellis / oleiq; / nec ferri solum materia preci-
pua / sed et equorum permixtis gregibus. Sed nec sum-
ma tantum terre laudanda bona / uerum etiam ab-
structorum felices diuitie. Nam lini spartiq; uis ingens
munii certe nulla fertilior terra. In hac cursus am-
nium non torrentes rapidiq; / ut noceant / sed lenes
& uineis campisq; irrigui / estuariis quoq; occeani
affatim piscosi / pleriq; etiam diuites auro / quod in
paludibus uehunt / uno tantum pirenei montis dorso
adhereret gallie / reliquis partibus undiq; in orbem
mari cingitur / forma terre prope quadrata / nisi
quod artantibus freti litoribus in pireneum coit /
porro pirenei montis spatium sexcenta milia pas-
suum conficit. Salubritas celi per omnem hispaniã
equalis / quia aeris spiritus nulla paludum graui
nebula inficitur / huic accedunt & marine aure
undiq; uersus assidue flatus / quibus omnem pro-
uinciam penetrantibus euentilato terrestri spiritu
precipua hominibus sanitas redditur. Corpora

hominum ad mediam laboremq; animi ad mortē
parati dura hominibus & astricta parsimonia. bel-
lum q̄ ocium malint. si extraneus deest domi hostē
querunt. Sepe tormentis pro silentio rerum credi-
tarum inmōtui adeo illis potior tacitumitatis cura
q̄ uite celebratur. eadem etiam bello punico serui
illius patientia. qui ultus dominum inter tormenta
risu exultauit. serenaq; lenta crudelitatem torquen-
tium uicit. uelocitas genti permix. inquies animꝰ
plurimi militares equi. & arma sanguine ipsorum
carnora. nullus ibi festus dies. apparatus epularum
aqua calida lauari. Post secundum bellum punicum
a romanis didicere. in tanta seculorum serie illis nul-
lus dux magnus preter unum natum fuit. qui amisit
decem romanis uaria uictoria fatigauit. adeo ferus
propiora q̄ hominibus ingenia gerunt. quod ipm
non iudicio populi electum. sed cauendi scientiam
declinandorumq; periculorum peritum secuti sunt.
cuius ea uirtus continentiaq; fuit. ut consulare ex-
citus frequenter uicerit. tantis rebus gestis non ar-
morum. non uestis cultum non denique uictum mu-
tauerit. sed in eo habitu. quo bellare primum cepit
perseueranit. ut qui uis gregarius miles ipso impera-
tore opulentior uideretur. In lusitanis iuxta flumina
thagum uento equas fetus concepere. multi auctо-
res prodidere. que fabule ex equarum fecunditate
& gregum multitudine nate sunt. qui tanti in gal-
lia ac lusitania tam permixtes uisuntur. ut non im-
merito uento concepti uideantur. Gallici autem

grecam sibi originem asserunt. Siquidem post finem
troiani belli tecrum morte aacis fratris inuisum pa-
tri talamoni cum non reciperetur in regnum cypri
concessisse atq; ibi urbem nomine antique patrie
salamina condidisse. Inde accepta opinione pateme
mortis patriam repetisse. Sed cum abeurisace aacis
filio accensu prohiberetur. hispanie litoribus appul-
sum loca ubi nunc est carthago noua occupasse. inde
galliam transisse. expositis sedibus genti nomen de-
disse. Gallecie autem portio ampholici dicuntur re-
gio cum eris ac plumpli uberrima tumet mimo quod
etiam lucino flumini nomen dedit. auro quoq; di-
tissima adeo ut etiam aratro frequenter glebas aureas
excutent. In huius gentis finibus sacer mons est.
quem ferro uiolari. ut nefas habetur. sed siquando
fulgore terra proscissa est. quod in his locis assidua
res est detectum aurum uidit dei munus colligere
permittitur. femine res domesticas agrorumq; cul-
turas administrant. ipsi armis & rapinis seruiunt
precipua his quidem ferri materia. sed aqua ipso fer-
ro uolentior. quippe temperamento eius ferrum
acrius redditur. nec ullum apud eos telum proba-
quod non aut horbili fluuio aut calibi tingatur.
unde etiam calibes fluuii huius finitimi appellati
ferroq; ceteris prestare dicuntur. Saltus uero tar-
cessiorum. in quibus tubalas bellum aduersus deos
gessisse proditur. incoluere curetes. quorum rex
uetustissimus garyonius melli colligendi usum p̃m
inuenit. huic cum ex filie stupro nepos prouenisset

pudore flagitii generibus uariis extingui parumlum
uoluit: sed per omnes casus fortuna quadam seruat⁹
ad postremum ad regnum tot periculorum misera
tione peruenit. Primum omnium cum eum exponi
iussisset: & post dies ad corpus expositi requirendum
misisset inuentus est uario ferarum lacte nutritus.
Deinde relato domum in tramite angusto per quem
armenta commeare consueuerant: proici iubet. cru
delis prorsus: qui proculcari nepotem quam simpli
ci morte interfici maluit. Ibi quoq; cum immolat⁹
esset nec alimentis egeret canibus primo ieiunis &
multorum dierum abstinentia cruciatis mox etiam
suibus obiecit. Itaq; cum non solum non noceretur
uerum etiam quarumdam uberibus aleretur: ad
ultimum in occeanum abici iussit. Tum plane manife
sto quodam numine inter furentes estus reciprocan
tes undas ueluti naue non fluctu uehieretur: leni
salo in litore exponitur: nec multo post cerua affuit
que ubera paruulo offerret. inde denique conuersatione
nutricis eximia puero pernicitas fuit inter ceruorum
greges diu montes saltusq; haud inferior uelocitate pe
ragrauit. Ad postremum laqueo captus regi donatus
est. Tunc & liniamentorum similatione similitu
dine & notis corporis que paruulo fuerant: nepos
agnitus admiratione deinde tot casuum periculo
rumq; ab eodem successor regni destinatur: nomen
illi impositum abuis: qui ut regnum accepit tante
magnitudinis fuit: ut non frustra deorum maiestate
tot periculis ereptus iudicetur quippe & barbarum po

polum legibus nunc: & boues primus aratro doma-
ri frumentaq; sulco querere docuit & ex agresti cibo
mitiora uesci: odio eorum quę ipse passus fuerat,
homines coegit. huius casus fabulosi inderentur-
ni & romanorum conditores lupa nutriti & cyrus
rex persarum cane alitus prederetur. Ab hoc & eni
ministeria seruilia populo interdicta: & ples in se-
ptem urbes diuisa. Mortuo abide regnum per
multa secula a successoribus eius retentum: in alia
parte hispanie & que ex insulis constat regnum penes
gerionem fuit. In hac tanta pabuli letitia est: ut ni-
si abstinentia interpellata sagina fuerit pecorum
tantur. Inde demq; armenta gerionis: que illis tem-
poribus sole opes habebantur tante fame fuere: ut
herculem exosa prede magnitudine illexerint.
Porro gerionem ipsum non triplicis nature: ut fa-
bulis proditur fuisse ferunt. sed tres fratres tante
concordie extitisse: ut anima una omnes regi inde
rentur. nec herculis sua sponte bellum intulisse:
sed cum armenta sua rapi audissent amissa bello re
petisse. Post regna deinde hispanie primi carthagi-
nenses imperium prouincie occupauere. Nam cum
gaditani a tyro unde & carthaginensibus origo est:
sacra herculis per quietem iussi in hispaniam transtu-
lissent: urbemq; ibi condidissent. inundantibus in-
crementis noue urbis finitimis hispanie populis ac
propterea gaditanos bello lacessentibus auxilium
consanguineis carthaginenses miserc. Ibi & felici
expeditione & gaditanos ab iniuria uindicauerunt.

& maiorem partem prouincie suo imperio adiecerit.
Postea quoq; hannibus prime expeditionis auspi-
ciis hamilcarem imperatorem cum maiore manu
ad occupandam prouinciam misere. qui magnis
rebus gestis dum fortunam inconsultius sequitur
in insidias deductus occiditur. In huius locum gener
ipsius hasdrubal mittitur. qui & ipse a seruo cuius-
dam hispani ulciscente dominii iniustam necem in-
terfectus est. & maior utroq; hannibal imperator ha-
milcaris filius succedit. Siquidem utriusq; res gestas
supergressus uniuersam hispaniam domuit. Inde ro-
manis illato bello italiam per annos septem uariis cla-
dibus fatigauit. Dum interea romani missis in his-
paniam scipionibus primo penos prouincia expule-
runt. postea cum ipsis hispanis grauia bella gesserunt
nec prius perdomuere prouincie ingium hii hispanie
capere potuerunt. quam cesar augustus pdomuto or-
be uictricia ad eos arma transtulit. populumq; barba-
rum ac ferum legibus ad cultiorem uite usum traduc-
tum in formam prouincie redegit.

FINIS

VEGE